Dimetiens circuli est, recta quædam linea, per Centrum circuli ducta, vtrinq; ad circumferentiam circuli desinens: ipsumq; circulum in duas partes æquales diuidens.

Semicirculus est figura, quam dimetiens circuli, & intercepta à dimetiente circumferentia continent.

Segmen-

Segmentum circuli est, figura quam linea recta, & circuli circumferentia continet.

Rectilineæ figuræ sunt, quas rectæ lineæ ambiunt.

Trilateræ quidem, quas ambiunt tres rectæ.

Quadrilateræ verò quas quatuor: multilateræ deniq; quas plures, quàm quatuor rectæ ambiunt.

Ex trilateris autẽ figuris. Triangulus æquilaterus est: qui tria habet æqualia latera.

Æquicrurus, qui duo tantum habet æqualia latera.

Scalenus triangulus: qui tria habet inæqualia latera.

Item ex trilateris figuris, triangulus rectangulus est: qui angulum habet rectum.

Amblygonius, qui angulũ habet obtusum.

Oxygonius, qui angulos tres acutos habet.

Ex quadrilateris figuris, quadratũ est, quod æquilaterum est, & rectangulum.

Quadrangulum oblongum, quod rectangulũ quidem est, sed non æquilaterum.

Rhombus, quod æquilaterum quidem est, sed non rectangulum.

Rhomboeides, quod latera è regione posita habet æqualia, ac etiam angulos: non tamen est æquilaterum, neq; rectangulum.

Omnes reliquæ præter has quadrilateræ figuræ, Trapezia vocentur.

Æquedistantes rectæ lineæ sunt, quæ in eodē plano sitæ: & in infinitum ex vtraq; parte extensæ: in neutra tamen concurrunt.

POSTVLATA.

Petatur. A quouis puncto, ad quoduis punctum: rectam lineam describere.

Item, lineam rectam finitam: in infinitum vsque extendere.

Item, quouis centro, & interuallo: describere circulum

COMMVNES NOTIONES seu sententiæ.

Quæ eidem sunt æqualia: illa inter se sunt æqualia.

Si æqualibus æqualia fuerint adiecta: etiam tota sunt æqualia.

Si ab æqualibus æqualia fuerint ablata: etiā quæ relinquuntur, sunt æqualia..

Si inæqualibus æqualia fuerint adiecta: etiã tota sunt inæqualia.

Si ab inæqualibus æqualia fuerint sublata: quæ relinquuntur sunt inæqualia.

Quæ sunt eiusdem dupla: inter se sunt æqualia.

Quæ eiusdem sunt dimidia: illa inter se sunt æqualia.

Quæ applicata inter se conueniunt: sunt æqualia.

Totum est maius sua parte.

Omnes recti anguli: inter se sunt æquales.

Cùm in duas rectas, recta incidens linea, duos internos ex vna parte angulos, duobus rectis facit minores: productæ istæ duæ lineæ rectæ in infinitum, ex ea parte concurrent, vbi sunt illi duo anguli duobus rectis minores.

Duæ lineæ rectæ, figuram non faciunt.

PROPOSITIONES.

Propositio 1. problema.

SVper data linea recta finita: triangulum æquilaterum constituere.

Prop: 2. prob:), Ad punctum datum lineæ rectæ datæ: æqualem lineam rectã ponere.

Prop: 3. prob:) Duabus rectis inæqualibus datis: ex maiore, minori æqualem rectam lineam auferre.

Prop: 4. Theor:) Si duo trianguli duo latera duobus lateribus habuerint æqualia alterum alteri: & angulum angulo æqualem, qui æqualibus rectis lineis continetur: etiam basim basi habebunt æqualem: & triangulus triangulo erit æqualis: & reliqui anguli, reliquis angulis erunt æquales, alter alteri, quos latera subtendunt æqualia.

Prop: 5. Theor:) Triangulorum, qui duo æqualia habent latera: anguli ad basim sunt æquales. Et productis æqualibus illis rectis: etiam qui sub basi sunt anguli: inter se erunt æquales.

Prop; 6. Theor:) Si trianguli alicuius, duo anguli æquales inter se fuerint: etiam latera, quæ æquales illos angulos subtendunt: erunt inter se æqualia.

Prop:) 7. Theor:) Super eadem linea recta: duabus eisdem rectis: aliæ duæ rectæ æ-

quales

quales altera alteri: non statuatur ad aliud, atq; aliud punctum: in easdem partes: eosdem habentes terminos, quos lineæ primæ.

Prop: 8. Theor:) Si duo trianguli, duo latera duobus lateribus habuerint æqualia alterum alteri: habuerint verò etiam basin, æqualem basi: etiam angulum angulo habebunt æquàlem, quem æquales illæ lineæ rectæ continent.

Prop: 9. Prob:) Datum angulum rectilineum, per medium secare: vel in duas partes æquales secare.

Prop: 10. prob:) Datam lineam rectam finitam: in duas partes æquales secare.

Prop: 11. prob:) Datæ lineæ rectæ, à dato in ea puncto: ducere lineam rectam ad angulos rectos: id est, rectos facientem angulos.

Prop: 12. prob:) Ad lineam rectam datã infinitam, à dato puncto, quod in ea non est: perpendicularem rectam lineam ducere.

Prop: 13. Theor:) Vt recta super recta stans, angulos fecerit: vel duos rectos, vel duobus rectis æquales eos faciet.

Prop: 14. Theor:) Si ad lineam quandam

rectam: & punctum in ea datum: duæ rectæ non in easdem partes sitæ: angulos (ἐφεξῆς) vicinos: duob. rectis angulis æquales fecerint: duæ istæ rectæ, ἐπ' εὐθείας, altera alteri erũt.

Prop: 15. Theor:) Si duæ lineæ rectæ, sese mutuo secant: facient angulos ad verticem, inter se æquales.

Prop: 16. Theor:) Omnis trianguli, vno ex lateribus protracto: angulus extraneus vtroq; eorum, qui intra triangulum sunt, quibus ipse opponitur, est maior.

Prop: 17. Theor:) Omnis trianguli, quiuis duo anguli: duobus rectis angulis sunt minores: quouis modo sumpti.

Prop: 18. Theor:) Vt quoduis latus trianguli est maius: ita maiorem subtendit angulum.

Prop: 19. Theor:) Vt triangulus aliquis, angulum quemuis habuerit maiorem: ita etiam maiorem habebit eam lineam rectam, quæ illum subtendit angulum.

Prop: 20. Theor:) Omnis trianguli, quæuis duo latera: sunt maiora reliquo.

Prop: 20. Theor:) Si à finibus vnius late-

ris

ris trianguli cuiuſuis: duæ rectæ lineæ intra triangulum ad punctum idem ſtatuantur: erunt quidē, iſtæ duæ rectæ lineæ: reliquis duobus trianguli eius: lateribus minores: verùm maiorem angulum comprehendent.

Prop: 22. prob:) Ex tribus lineis rectis: quæ ſunt æquales tribus rectis lineis datis: triangulum conſtituere. Oportet verò quasuis duas, reliqua eſſe maiores: propterea quòd in omni triangulo, quæuis duo latera: maiora ſunt reliquo.

Prop: 23. prob:) Ad datam lineam rectā: & datum in ea punctum: dato angulo rectilineo: æqualem angulum rectilineum, ſtatuere.

Prop: 24. Theor:) Si fuerint trianguli vnius, duo latera æqualia duobus lateribus alterius trianguli, alterum alteri: ſed angulus vnius maior angulo alterius, quem æquales rectæ lineæ comprehendunt: etiam baſis baſi maior erit.

Prop: 25. Theor:) Si trianguli vnius, duo latera fuerint æqualia duobus lateribus trianguli alterius: ſed baſis vnius, fuerit maior baſi alterius: erit etiam angulus vnius maior

angulo alterius: quem æquales illæ rectæ lineæ comprehendunt.

Prop: 26. Theor:) Quorum triangulorum, duo anguli vnius fuerint æquales duobus angulis alterius: alter alteri: & latus vnum, æquale vni: siue illud appositum sit æqualibus illis angulis: siue subtendat vnum ex æqualibus illis angulis: illorum cum reliqua latera inter se erunt æqualia, alterum alteri: tum etiam reliquus angulus reliquo angulo erit æqualis.

PARS ALTERA HVIVS primi elementi.

Prop: 27. Theor:) Si in duas lineas rectas, recta incidens linea: alternos æquales inter se angulos fecerit: rectæ illæ duæ lineæ, æquedistantes erunt.

Prop: 28. Theor:) Si linea recta, in duas rectas incidens lineas: extraneum angulum, interno cui opponitur ex eadem parte fecerit æqualem: vel si duos internos ex eadem parte: fecerit æquales duobus angulis rectis: æquedistãtes inter se erũt, duæ illæ lineæ rectæ.

Prop: 29. Theor:) Linea recta, in duas rectas

ctas æquedistantes lineas incidens: angulos alternos inter se æquales: & angulum externum, interno opposito ex eadem parte facit æqualem: item duos angulos internos, ex eadem parte: facit æquales duobus rectis.

Prop: 30. Theor:) Quæ eidem lineæ rectæ æquedistant: illæ etiam inter se æquedistant.

Prop: 31: prob:) A puncto dato: datæ lineæ rectæ: rectam lineam æquedistantem ducere.

Prop: 32. Theor:) Omnis trianguli, vno è lateribus protracto: exterior angulus, duobus angulis interioribus quibus opponitur, est æqualis: & trianguli tres interiores anguli: duobus rectis sunt æquales.

Prop: 33. Theor:) Lineæ rectæ, quæ æquales, & æquedistantes inter se lineas rectas ex eadem parte coniungunt: etiam ipsæ æquales & æquedistantes inter se sunt.

Prot: 34. Theor:) Areæ, quæ æquedistantibus lineis rectis continentur: habent latera opposita, & angulos oppositos inter se æquales: & dimetientes ipsas medias secant.

TER-

TERTIA HVIVS ELEmenti pars.

Prop: 35. Theor:) Quæ parallelogramma, eandem habent baſin: & in eisdem æquediſtantibus ſunt lineis rectis: illa ſunt æqualia inter ſe.

Prop: 36. Theor:) Quæ parallelogramma, æquales habent baſes: & ſunt in eisdem æquediſtantibus lineis rectis: illa ſunt æqualia inter ſe.

Prop: 37. Theor:) Qui trianguli eandem habent baſin: & ſunt in eisdem æquediſtantibus lineis rectis: illi ſunt inter ſe æquales.

Prop: 38. Theor:) Qui trianguli, æquales habent baſes: & ſunt in eisdem æquediſtantibus lineis rectis: illi inter ſe ſunt æquales.

Prop: 39. Theor:) Trianguli æquales, eandem habentes baſim: & ex eadem parte, & in eisdem æquediſtantibus rectis ſunt.

Prop: 40. Theor:) Trianguli æquales, ſuper æqualibus conſtituti baſibus: ſunt in eisdem rectis æquediſtantibus.

Prop: 41. Theor:) Parallelogrammon, trianguli eſt duplum: ſi ſuper eadem conſiſtat baſi:

baſi: & in eisdem fuerit æquediſtantibus lineis rectis.

Prop: 42. prob:) Dato triangulo, æquale ſtatuere parallelogrammon: in angulo rectilineo dato.

Prop: 43. Theor:) Omnis parallelogrammi, eorum quæ circa eandem ſunt dimetientem parallelogrammωn ſupplementa: æqualia interſe ſunt.

Prot: 44. prob:) Ad datam lineam rectam: dato triangulo: æquale ſtatuere parallelogrammon: in angulo rectilineo dato.

Prop: 45. prob:) Dato rectilineo: æquale ſtatuere parallelogrammon: in angulo rectilineo dato.

Prop: 46. prob:) A data linea recta: deſcribere quadratum.

Prop: 47. Theor:) In triangulis rectangulis, quadratum lateris angulum rectum ſubtendentis: eſt æquale quadratis laterum, rectum angulum continentium.

Prop: 48. Theor:) Si quadratum vnius lateris trianguli: fuerit æquale quadratis reliquorum duorum laterum: erit angulus, quem

reli-

reliqua illa duo trianguli latera continent, rectus.

EVCLIDIS ELEMENTVM SECVNDVM.

Definitiones.

OMne parallelogrammum rectangulũ contineri dicitur duabus lineis rectis, quæ angulum vnum rectum comprehendunt.

In omni verò parallelogrammo vnum ex illis, quæ circa diametrum sunt parallelogrammis quodcunque id fuerit, cum duobus supplementis, nominetur gnomon.

Propositiones.

Prop: 1. Theor:) Datis duabus lineis rectis, quarum altera in quotcunq; partes sit secta: erit rectangulum, quod duæ illæ rectæ lineæ continent: æquale ijs rectangulis, quæ continentur ea linea, quæ secta non est, & omnibus alterius lineæ segmentis.

Prop: 2. Theor:) Si recta linea vtcunque secta fuerit: rectangula quæ à tota & vtroq; segmentorum continentur, sunt æqualia quadrato à tota illa linea descripto.

Prop:

Prop: 3. Theor:) Si linea quædam recta vicunq; fuerit secta: rectangulum tota linea recta, & vno segmento contentum: est æquale rectangulo ipsis segmentis contento, & quadrato à prædicto segmento descripto.

Prop: 4. Theor:) Si recta linea secta fuerit vicunque, quadratum à tota linea recta descriptum: erit æquale quadratis segmentorum, & rectangulo quod bis ipsis continetur segmentis.

Prop: 5: Theor:) Si recta linea in æqualia & in inæqualia fuerit secta: rectangulũ quod segmentis continetur inæqualibus cum quadrato quod à linea inter ipsa segmenta posita describitur: æquale est quadrato à dimidia linea descripto.

Prop: 6. Theor:) Si recta linea in duas partes æquales secta fuerit: & ei addatur alia quædam recta linea è directo: tum rectangulum quod tota & addita linea recta continetur, cum quadrato à dimidia linea recta descripto: est æquale quadrato à linea composita ex dimidia, & adiecta, ac si esset vna tantum linea recta, descripto.

Prop:

Prop: 7. Theor:) Si recta linea secta vtcunq; fuerit: quadratum quod à tota, & alterum quod à segmento describitur: ista duo inquam quadrata æqualia sunt, rectangulo quod tota linea recta, & prædicto segmento bis continetur: & quadrato reliqui segmenti.

Prop: 8. Theor:) Si recta linea secta vtcunq; fuerit, rectangulum, quod tota linea, & altero segmento quater continetur, cum quadrato à reliquo segmento descripto: æquale est quadrato quod à tota & prædicto segmento, tanquam vna esset linea recta, describitur.

Prop: 9. Theor:) Si recta linea fuerit secta in æqualia, et in inæqualia: quadrata à segmentis inæqualibus totius lineæ rectæ descripta, dupla sunt quadrati à dimidia descripti, & quadrati eius lineæ, quæ intra ipsas comprehenditur sectiones.

Prop: 10. Theor:) Si recta linea dissecta fuerit in partes duas æquales, & adijciatur ei recta quædam linea è directo: tum quadratum quod à tota cum adiecta describitur, & quadratum ab adiecta descriptum, hæc duo quadrata coniuncta, dupla sunt quadrati à dimi-

ia

dia linea descripti, & quadrati à recta ex dimidia & adiecta composita, tanquam esset vna linea recta descripti.

Prop: 11. Prob:) Datam lineam rectam ita secare, vt rectangulum quod tota linea recta, & altero segmento continetur: æquale sit quadrato à reliquo segmento descripto.

Prop: 12. Theor:) In triangulis amblygonijs (id est, obtusum habentibus angulum) quadratum quod describitur à latere, obtusum angulum subtendente: maius est quadratis laterum obtusum angulum continentium: rectangulo quod bis continetur latere vno obtusum augulum continente, in quod si producatur perpendicularis, cadit: & recta interceptа externè ab ipsa perpendiculari ad angulum obtusum.

Prop: 13. Theor:) In triangulis oxygonijs, quadratum descriptum à latere acutum angulum subtendente, minus est quadratis laterum acutum illum angulum continentium, rectangulo quod bis continetur vno latere eorum, quæ acutum continent angulum, & in quod ipsa cadit perpendicularis: & linea in-

terne ab ipsa perpendiculari intercepta, ad ipsum angulum acutum.

Prop: 14. prob:) Dato rectilineo: æquale quadratum constituere.

EVCLIDIS ELEMETORVM geometriæ liber tertius.

Definitiones.

CIrculi illi æquales sunt, quorum diametri erunt æquales: vel qui æquales habent ex centris ductas lineas rectas.

Illa recta linea dicetur circulum tangere, quæ cum tangit circulum, & producta fuerit: tamen non secat circulum.

Circuli dicuntur sese mutuo tangere, qui dum sese tangunt, nõ tamen sese mutuo secãt.

Rectæ in circulo æqualiter à centro distare dicuntur: quando perpendiculares à centro ad illas ductæ: æquales fuerint, longius verò illa distare dicetur, in quam maior cadit perpendicularis.

Segmentum circuli, est figura quæ linea recta & circuli circumferentia continetur.

Angu-

Angulus verò segmenti est, qui linea recta, & circuli circumferentia continetur.

Angulus verò in segmento est, quando in circumferentia segmenti sumptum fuerit aliquod punctum, & rectæ quædam ab eo puncto ad extrema lineæ rectæ, quæ basis segmenti est, ductæ fuerint, angulus qui duabus illis ductis lineis rectis continetur, erit in segmento. Quando verò rectæ angulum continentes, absumpserint aliquam circumferentiæ partem, in illa dicetur angulus constitutus esse.

Sector circuli est, quando angulus fuerit ad centrum circuli constitutus, illa inquam figura, quæ continetur lineis rectis, angulum facientibus, & circumferentiæ parte, quæ lineis rectis istis est intercepta.

Similia segmenta circuli sunt, quæ æquales habent angulos, aut in quibus anguli sunt æquales.

Propositiones.

Prop: 1. prob:) Dati circuli centrum inuestigare.

Prop: 2, Theor:) Si in circuli circumferen

tia ſumantur duo puncta, recta quæ duo puncta iſta coniungit, intra circulum cadit.

Prop: 3. Theor:) Si in circulo recta quædam per centrum ducta, aliam quandam rectam per centrum non ductam in duas ſecuerit partes: ad angulos rectos illam ſecabit. & ſi ad angulos rectos ſecat; etiam in duas partes æquales ſecabit.

Prop: 4. Theor:) Si in circulo duæ rectæ ſeſe mutuò ſecuerint, quæ tamen per centrum non ſunt ductæ: non ſecant ſeſe mutuò in duas partes æquales.

Prop: 5. Theor:) Si duo circuli ſeſe muto ſecant, non habent vnum idemq; centrum.

Prop: 6. Theor:) Si duo circuli ſeſe mutuò internè ſecant: non habent vnum idemq; centrum.

Prop: 7. Theor:) Si in diametro circuli ſumatur aliquod punctum, quod non eſt centrum circuli, & à puncto iſto ad circulum ductæ ſint quædam lineæ rectæ, longiſſima erit illa, in qua eſt circuli centrum: reliqua verò omnium breuiſſima: ex alijs verò ſemper ea, quæ rectæ per centrum ductæ proximior eſt,

lon-

longior erit ea, quæ longius ab ea distat: duæ verò solummodo sunt rectæ æquales ductæ ab eodem isto puncto ad circulum ex vtraq; parte lineæ breuissimæ.

Prop: 8. Theor:) Si extra circulum aliquod sumatur punctū, & ab eo puncto ad circulum ducantur quædam lineæ rectæ, quarum vna per centrum sit ducta, reliquæ verò quòuis modo, ex quibus quæ ad concauam circumferentiam cadunt, illa quæ per centrum est ducta, longissima erit, aliarum verò vnaquæq; quæ rectæ per centrum ductæ proximior est, longior erit remotiore, illarum verò quæ ad conuexam circumferentiam cadunt, breuissima est, quæ cadit inter punctum istud, & diametrum, reliquarum verò semper ea, quæ proximior erit breuissima, breuior erit remotiore. duæ verò solummodo rectæ ab isto puncto, ad circulum ex vtraq; parte breuissimæ lineæ cadent.

Prop: 9. Theo:) Si punctum aliquod intra circulum sumatur, & ab eo puncto ad circulum ducantur plures quàm duæ rectæ æquales, punctum istud assumptum, centrum est circuli.

Prop: 10. Theor:) Circulus circulum non secat in pluribus punctis, quàm in duobus tantum.

Prop: 11. Theor:) Si duo circuli sese mutuò tangent intus, & eorum sumantur centra: quæ per centra illarum ducta fuerit, & extensa: etiam cadet in contactū circulorum.

Prop: 12. Theor:) Si duo circuli sese mutuò tangent extra: recta quæ illorum centra coniungit, per contactum transit.

Prop: 13. Theor:) Circulus circulum non tangit pluribus in punctis, quàm in vno tantum: siue intus id fiat, siue extra tangat.

Prop: 14. Theor:) In circulo rectæ æquales, æqualiter à centro distant: & rectæ æqualiter à centro distantes, æquales inter se sunt.

Prop: 15. Theor:) In circulo longissima est illa, quæ diameter est, reliquarum verò illa semper, quæ proximior est centro, longior erit remotiore.

Prop: 16. Theor:) Recta quæ ab alterutro extremo diametri ducta fuerit diametro ad angulos rectos, extra circulum cadet: & alia linea recta non cadet inter ipsam, & circuli

circum-

circumferentiã: angulus verò semicirculi maior est quouis angulo acuto rectilineo, reliquus verò quouis acuto angulo rectilineo minor.

Prop: 17. Prob:) A dato puncto, ducere lineam rectam: quæ datum circulum tangat.

Prop: 18. Theor:) Si circulum aliqua linea recta tangat, & à centro ad contactam ducta fuerit quædam linea recta: illa quæ ducta est linea, erit perpendicularis ad eam quæ circulum tangit.

Prop: 19. Theor:) Si recta quædam circulum tangat: à contactu verò ducatur quædam linea recta, quæ ad angulos sit rectos lineæ quæ circulum tangit: centrum circuli est in ea linea, quæ à contactu ad angulos rectos ducta est.

Prop: 20. Theor:) In circulo angulus ad centrum constitutus duplus est ad angulum qui ad circumferentiam constituitur, tum scilicet, quando anguli eandem circumferẽtiam pro basi habuerint.

Prop: 21. Theor:) In circulo anguli qui in eodem sunt segmento, sunt inter se æquales.

Prop: 22. Theor:) Quadrilaterarũ figura-

rum in circulo descriptarum anguli oppositi duobus rectis sunt æquales.

Prop: 23. Theor:) Super eandem lineam rectam duorũ circulorum segmenta similia, & inæqualia non statuerunt in easdem partes.

Prop: 24. Theor:) Similia circulorum segmenta, quæ supra æquales rectas constituuntur, æqualia sunt.

Srop: 25. prob:) Dato segmento circuli ad scribere, & delineare circulum, cuius quidem sit datum segmentum.

Prop: 26. Theor:) In circulis æqualibus, anguli æquales, æqualibus in circumferentijs constituuntur, siue ad centra, siue ad circumferentias constituantur.

Prop: 27. Theor:) In circulis æqualibus, anguli qui consistunt in circumferentijs æqualibus, æquales inter se sunt: siue ad centra, siue ad circumferentias constituantur.

Prop: 28. Theor:) In circulis æqualibus, rectæ æquales, etiam æquales auferunt circumferentias: maiorem maiori æqualem, & minorem minori.

Prop: 29. Theor:) In circulis æqualibus,

rectæ

rectæ æquales: subtendunt etiam circumferentias æquales.

Prop: 30. prob:) Datam circumferentiam: secare in duas partes æquales.

Prop: 31. Theor:) In circulo angulus qui est in semicirculo, est rectus, qui verò in maiore est segmento, minor erit recto: qui verò in minore segmento constituetur, maior recto. præterea angulus segmenti maioris, maior recto, minoris verò segmenti, minor recto erit.

Prop: 32. Theor:) Si recta quædam circulum tangat, à contactu verò ad circulum ducatur quædam recta circulum secans: quousq; fecerit angulos ad lineam contingentem: æquales erunt angulis qui in segmentis sunt permutatim sumpti.

Prop: 33. prob.) Super datam lineam rectam: describere segmentum circuli, quod contineat angulum, dato angulo rectilineo æqualem.

Prop: 34. prob:) A dato circulo auferre segmentum, quod contineat angulum æqualem, dato angulo rectilineo.

Prop: 35. Theor:) Si in circulo duæ rectæ

ſeſe ſecant: rectangulum quod continetur ſegmentis vnius, æquale eſt rectangulo, quod continetur ſegmentis alterius.

Prop: 36. Theor:) Si in circulo aliquod ſumatur punctum extrinſecus: & ab eo ad circulum cadant duæ lineæ rectæ, quarum altera circulum ſecet, altera circulum tangat: rectangulum quod continetur tota recta ſecante, & recta quæ extrinſecus intra punctū & conuexam circumferentiam intercipitur, æquale eſt quadrato lineæ rectæ tangentis.

Prop: 37. Theor:) Si in circulo punctum aliquod extrinſecus ſumatur, & à puncto ad circulum cadant lineæ duæ rectæ, quarum altera circulum ſecet, altera verò incidat in circulum: ſit verò rectangulum, quod tota ſecante, & ea quæ intra punctum & conuexam circum ferētiam ponitur: æquale quadrato lineæ rectæ incidentis: recta iſta quæ incidit, tanget circulum.

Finis libri tertij elementorum.

EV-

EVCLIDIS ELEMENTO-rum liber quartus.

Definitiones.

FIgura rectilinea dicetur in figuram rectilineam inscribi, quando vnusquisq; angulus eius figuræ, quæ inscribitur, tangit vnumquodq; latus figuræ, in quã est inscripta.

Figura etiam dicetur similitudine quadã circa figuram describi: quando vnumquodq; latus figuræ circũscriptæ, tangit vnumquemque angulum eius figuræ, circa quam describitur.

Figura rectilinea in circulum inscribi dicetur: quando vnusquisq; angulus figuræ inscriptæ tangit circuli circumferentiam.

Figura rectilinea dicetur circa circulũ describi, quando vnusquisq; angulus tangit circuli circa quem describitur figura, circumferentiam.

Circulus verò similiter dicetur in figuram inscribi, quando circuli circumferentia tangit vnumquodq; latus figuræ eius, in quã inscribitur.

Cir-

Circulus verò dicetur intra figuram descri bi, quando circuli circumferentia tangit vnumquemq; angulum figuræ, circa quam circulus describitur.

Recta linea dicetur in circulum coaptari, quando eius extrema fuerint in circumferentia circuli.

PROPOSITIONES.

Prop: 1. prob:) In datum circulum, datæ lineæ rectæ, quæ non maior est diametro circuli: æqualem rectam applicare.

Prop: 2. prob:) In datum circulum dato triangulo, triangulum æquales habentem cum dato triangulo angulos inscribere.

Prop: 3. prob:) Circa datum circulum dato triangulo, circumscribere triangulum, qui æquales habeat angulos cum dato triangulo.

Prop: 4. prob:) In datum triangulum: inscribere circulum.

Prop: 5. prob.) Circa datum triangulum: circulum circumscribere.

Prop: 6. prob:) Circulo dato: inscribere quadratum.

Prop: 7. prob:) Circulo dato circumscribere quadratum.

Prop.

Prop: 8. prob:) Dato quadrato: inſcribere circulum.

Prop: 9. prob.) Dato quadrato: circulum circumſcribere.

Prop: 10. prob:) Triangulum duo æqualia habentem latera conſtituere: qui habeat alterutrum angulorum ad baſin duplum reliqui anguli.

Prop: 11. prob.) Dato circulo inſcribere pentagonon, quod & latera æqualia, & angulos æquales habeat.

Prop: 12. prob:) Dato circulo pentagonon circumſcribere: quod & latera æqualia, & angulos æquales habeat.

Prop: 13. prob:) Dato pentagono quod latera æqualia, & angulos æquales habet: circulum inſcribere.

Prop: 14. prob.) Dato pentagono, quod & æqualia latera, & angulos æquales habet: circumſcribere circulum.

Prop: 15. prob:) Dato circulo hexagonon quod æqualia habet latera, & angulos æquales inſcribere.

Prop: 16. prob:) Dato circulo figuram re-

ctili-

Atilineam quindecim angulorum, quæ æqualia latera, & angulos æquales habent, inscribere.

Finis libri quarti Elementorum Euclidis.

EVCLIDIS ELEMENTVM QVINTVM.

Definitiones.

Magnitudo alterius magnitudinis minor maioris est pars: quando minor exactè metitur maiorem.

Magnitudo alterius magnitudinis multiplex est maior minoris: cùm sub minoris cadit mensuram.

Ratio est duarum magnitudinum homogenearum secundũ quantitatem inter se quædam habitudo.

Magnitudines inter se rationem habere dicuntur, quæ multiplicatæ possunt sese mutuò excedere.

Magnitudines dicuntur in eadem ratione esse prima ad secundam, & tertia ad quartam, quando primæ & tertiæ æquè multiplices, secundæ & quartæ æquè multiplices, iu-

xta quamuis multiplicationẽ vtraq; vtramq; vel vnà deficit, vel vnà assequitur, vel vnà superat sumptæ inter se.

Eandem autem habentes rationem vocentur proportionales.

Quando autem æqualiter multiplicium, primæ quidem multiplex excuperat secundæ multiplicem, tertiæ autem multiplex non excuperat quartæ multiplicem: tunc prima ad secundam maiorem habere dicitur rationem, quàm tertia ad quartam.

Proportio verò est similitudo rationum.

Proportio autem in tribus terminis minima est.

Quando autem tres magnitudines proportionales fuerint: prima ad tertiam, duplã rationem habere dicitur, quàm ad secundam.

Quando autẽ quatuor magnitudines proportionales fuerint, prima ad quartam triplam rationem habere dicitur, quàm ad secundam: & semper deinceps vna plus, quamdiu proportio fuerit.

Homologæ magnitudines esse dicuntur, antecedentes antecedentibus, & consequentes consequentibus. Alte-

Alterna ratio est assumptio antecedentis ad antecedentem, & consequentis ad consequentem.

Inuersa ratio est assumptio consequentis, vt antecedentis, ad antecedentem, tanquam consequentem.

Compositio rationis est assumptio antecedentis cum consequente tanquam vnius, ad ipsum consequens.

Diuisio rationis est assumptio exuperantiæ, qua maior est antecedens consequente, ad ipsum consequens.

Reuersio rationis est assumptio antecedentis ad exuperantiam, qua maior est antecedens consequente.

Ex æquo ratio est pluribus positis magnitudinibus, & alijs eas æquantibus multitudine, binis sumptis, & in eadem ratione, cum est, vt in primis magnitudinibus prima ad vltimam, sic in secundis magnitndinibus prima ad vltimam, aut aliter assumptio extremorũ per subductionem mediorum.

Ordinata proportio est, quando est v antecedens ad consequentem, sic antecedens

ad con-

ad consequentem, erit etiam vt consequens ad aliam quandam, sic consequens ad aliam quandam.

Perturbata proportio autẽ est, quando tribus positis magnitudinibus, & alijs æqualib. eis multitudine, fit vt in primis magnitudinibus antecedens ad consequentem, sic in secundis magnitudinibus, antecedens ad consequentem. vt autem in primis magnitudinibus consequens ad aliam quandam, sic in secundis magnitudinibus alia quædam ad antecedentem.

Propositiones.

Prop: 1. Theor:) Si sint quotlibet magnitudines, quotlibet magnitudinum æqualium multitudine vnaquæque vniuscuiusq; æque multiplex: quotuplex est vna magnitudinum vnius, totuplices erunt omnes omnium.

Prop: 2. Theor:) Si fuerit magnitudo prima magnitudinis secundæ æqualiter multiplex, & tertia quartæ: fuerit item quinta secundæ æqualiter multiplex, & sexta quartæ: erit coniuncta magnitudo prima cum quinta,

æqualiter multiplex secundæ: & tertia cum sexta, quartæ.

Prop: 3. Theor:) Si magnitudo prima magnitudinis secũdæ fuerit æqualiter multiplex, & tertia quartæ: & si sumptæ fuerint æqualiter multiplices magnitudines primæ & tertiæ: erit etiam ex æquo altera alterius æqualiter multiplex: illa quidem secundæ, hæc verò quartæ.

Prop: 4. Theor:) Si magnitudo prima ad magnitudinem secundam eam habuerit proportionem, quam tertia ad quartam: etiam æqualiter multiplices magnitudines primæ & tertiæ, ad æqualiter multiplices magnitudines secundæ & quartæ, iuxta quamuis multiplicationem eandem habebunt proportionem, inter se collatæ.

Prop: 5. Theor:) Si magnitudo magnitudinis æqualiter fuerit multiplex, vt ablata ablatæ: erit etiam reliqua reliquæ æqualiter multiplex, vt tota totius.

Prop: 6. Theor:) Si duæ magnitudines duarum magnitudinum æqualiter fuerint multiplices: & ablatæ quædam earundẽ fuerint

rint æqualiter multiplices: erunt etiam reliquæ eisdem vel æquales, vel earundem æqualiter multiplices.

Prop: 7. Theor:) Æquales magnitudines ad eandem: eandem habent proportionẽ: & eadem, ad æquales.

Prop: 8. Theor:) Magnitudinum inæqualium maior ad eandem maiorem habet proportionem, quàm minor: & eadem illa magnitudo ad minorem habet proportionem maiorem, quàm ad maiorem.

Prop: 9. Theor:) Magnitudines ad eandem, eandem habentes proportionem, æquales sunt inter se, & ad quas eadem, eandem habet proportionem; etiam illæ sunt inter se æquales.

Prop: 10. Theor:) Quæ ex magnitudinibus ad eandem, proportionem habentibus maiorem habet proportionem, illa est maior: & ad quam eadem maiorem habet proportionẽ, illa est minor.

Prop: 11. Theor:) Quæ eidem proportioni sunt eædem: illæ etiam inter se erunt eædem.

Prop: 12. Theo:) Si fuerint magnitudines

quotlibet proportionales: erit quemadmodum vna præcedentium, ad vnam consequentium: sic omnes præcedentes, ad omnes consequẽtes.

Prop: 13. Theor:) Si magnitudo prima ad secũdam, eam habuerit proportionẽ, quam tertia ad quartam: tertia verò ad quartam maiorem habuerit proportionem, quàm quinta ad sextam: tum etiam prima ad secundam maiorem habebit proportionem, quàm quinta ad sextam.

Prop: 14. Theor:) Si magnitudo prima ad secundam eam habuerit proportionem, quam tertia ad quartam: & si prima maior fuerit quàm tertia: etiam secunda erit maior quàm quarta: & si æqualis, æqualis: & si minor, minor.

Prop: 15. Theor:) Partes inter se collocatæ, eam habent proportionem, quam suæ æqualiter multiplices.

Prop: 16. Theor:) Si quatuor magnitudines fuerint proportionales, etiam alternatim proportionales erunt.

Prop: 17. Theor:) Si magnitudines coniunctæ fuerint proportionales, etiam separatæ

propor-

proportionales erunt.

Prop: 18. Theor:) Si magnitudines ſeparatæ fuerint proportionales, etiam coniunctæ erunt proportionales.

Prop: 19. Theor:) Si fuerit totius alicuius magnitudinis, ad totam aliquam magnitudinẽ proportio ea, quæ ablatæ ad ablatam: erit etiam reliquæ ad reliquam proportio ea, quæ totius ad totam.

Prop: 20. Theor:) Si fuerint tres magnitudines, & aliæ totidem, & binæ in eadem proportione, & ſi ex æquo prima fuerit maior quàm tertia: erit etiam quarta maior quàm ſexta: & ſi æqualis, æqualis: & ſi minor, minor. Hoc eſt: Si fuerit proportio primæ magnitudinis ad ſecundam ea, quæ tertiæ ad quartam: fuerit verò etiam proportio ſecundæ ad quintam, quæ quartæ ad ſextam: tum ſi fuerit prima maior quàm quinta: erit etiam tertia maior quàm ſexta. &c.

Prop: 21. Theor:) Si fuerint tres magnitudines, & aliæ totidem, binæ in eadẽ proportione, etiamſi fuerit confuſa ipſarũ proportio: tamen ſi ex æquo prima fuerit maior, quàm

tertia, erit etiam quarta maior quàm sexta: & si æqualis, æqualis: & si minor, minor.

Prop: 22. Theor:) Si fuerint quotlibet magnitudines, & aliæ totidem binæ in eadem proportione, etiam ex æquo in eadem erunt proportione.

Prop: 32. prob.) Si fuerint magnitudines tres, & aliæ totidem binæ in eadem proportione, etiamsi fuerit confusa illarum proportio: tamen ex æquo in eadem erunt proportione.

Prop: 24. Theor:) Si magnitudo prima ad magnitudinem secundam, eam habuerit proportionem, quam tertia ad quartam, habuerit verò etiam quinta ad secundam eam proportionem: quàm sexta ad quartam: tum coniuncta magnitudo prima cum quinta, eam habebit proportionem ad secundam, quam habet tertia cum sexta ad quartam.

Prop: 25. Theor:) Si quatuor magnitudines fuerint proportionales, earum maxima & minima reliquis duabus erunt maiores.

Finis libri quinti elementorum Euclidis.

EV-

EVCLIDIS ELEMENTO-rum Geometriæ liber sextus.

Definitiones.

SImiles figuræ rectilineæ sunt, quæ æquales habent angulos ad vnum: & latera æquales angulos continentia æqualia.

Reciprocæ figuræ sunt, quando in vtraque figura sunt antecedentes, & consequentes rationis termini.

Secundum rationem extremam & mediã dicetur linea recta esse secta: quando sic se habet ratio, vt tota ad maius segmentum, sic maius segmentum ad minus.

Vniuscuiusq; figuræ altitudo dicitur: linea recta perpendicularis, ducta à vertice ad basim vsque.

Ratio ex rationibus dicetur composita esse, si rationum quantitates inter se multiplicatæ, aliquas fecerint.

Propositiones.

Prop: 1. Theor:) Trianguli, & parallelogramma, quæ sub eadem sunt altitudine, proportionem inter se habent, vt & ipsæ bases.

Etilineam quindecim angulorum, quæ æqualia latera, & angulos æquales habent, inscribere.

Finis libri quarti Elementorum Euclidis.

EVCLIDIS ELEMENTVM QVINTVM.

Definitiones.

Magnitudo alterius magnitudinis minor maioris est pars: quando minor exactè metitur maiorem.

Magnitudo alterius magnitudinis multiplex est maior minoris: cùm sub minoris cadit mensuram.

Ratio est duarum magnitudinum homogenearum secundũ quantitatem inter se quædam habitudo.

Magnitudines inter se rationem habere dicuntur, quæ multiplicatæ possunt sese mutuò excedere.

Magnitudines dicuntur in eadem ratione esse prima ad secundam, & tertia ad quartam, quando primæ & tertiæ æquè multiplices, secundæ & quartæ æquè multiplices, iu-

xta quamuis multiplicationẽ vtraq; vtramq; vel vnà deficit, vel vnà assequitur, vel vnà superat sumptæ inter se.

Eandem autem habentes rationem vocentur proportionales.

Quando autem æqualiter multiplicium, primæ quidem multiplex excuperat secundæ multiplicem, tertiæ autem multiplex non excuperat quartæ multiplicem: tunc prima ad secundam maiorem habere dicitur rationem, quàm tertia ad quartam.

Proportio verò est similitudo rationum.

Proportio autem in tribus terminis minima est.

Quando autem tres magnitudines proportionales fuerint: prima ad tertiam, duplã rationem habere dicitur, quàm ad secundam.

Quando autẽ quatuor magnitudines proportionales fuerint, prima ad quartam triplam rationem habere dicitur, quàm ad secundam: & semper deinceps vna plus, quamdiu proportio fuerit.

Homologæ magnitudines esse dicuntur, antecedentes antecedentibus, & consequentes consequentibus. *Alte-*

Alterna ratio est assumptio antecedentis ad antecedentem, & consequentis ad consequentem.

Inuersa ratio est assumptio consequentis, vt antecedentis, ad antecedentem, tanquam consequentem.

Compositio rationis est assumptio antecedentis cum consequente tanquam vnius, ad ipsum consequens.

Diuisio rationis est assumptio exuperantiæ, qua maior est antecedens consequente, ad ipsum consequens.

Reuersio rationis est assumptio antecedentis ad exuperantiam, qua maior est antecedens consequente.

Ex æquo ratio est pluribus positis magnitudinibus, & alijs eas æquantibus multitudine, binis sumptis, & in eadem ratione, cum est, vt in primis magnitudinibus prima ad vltimam, sic in secundis magnitndinibus prima ad vltimam, aut aliter assumptio extremorū per subductionem mediorum.

Ordinata proportio est, quando est vt antecedens ad consequentem, sic antecedens

ad con-

ad consequentem, erit etiam vt consequens ad aliam quandam, sic consequens ad aliam quandam.

Perturbata proportio autẽ est, quando tribus positis magnitudinibus, & alijs æqualib. eis multitudine, fit vt in primis magnitudinibus antecedens ad consequentem, sic in secundis magnitudinibus, antecedens ad consequentem. vt autem in primis magnitudinibus consequens ad aliam quandam, sic in secundis magnitudinibus alia quædam ad antecedentem.

Propositiones.

Prop: 1. Theor:) Si sint quotlibet magnitudines, quotlibet magnitudinum æqualium multitudine vnaquæque vniuscuiusq; æque multiplex: quotuplex est vna magnitudinum vnius, totuplices erunt omnes omnium.

Prop: 2. Theor:) Si fuerit magnitudo prima magnitudinis secundæ æqualiter multiplex, & tertia quartæ: fuerit item quinta secundæ æqualiter multiplex, & sexta quartæ: erit coniuncta magnitudo prima cum quinta,

æqualiter multiplex secundæ: & tertia cum sexta, quartæ.

Prop: 3. Theor:) Si magnitudo prima magnitudinis secũdæ fuerit æqualiter multiplex, & tertia quartæ: & si sumptæ fuerint æqualiter multiplices magnitudines primæ & tertiæ: erit etiam ex æquo altera alterius æqualiter multiplex: illa quidem secundæ, hæc verò quartæ.

Prop: 4. Theor:) Si magnitudo prima ad magnitudinem secundam eam habuerit proportionem, quam tertia ad quartam: etiam æqualiter multiplices magnitudines primæ & tertiæ, ad æqualiter multiplices magnitudines secundæ & quartæ, iuxta quamuis multiplicationem eandem habebunt proportionem, inter se collatæ.

Prop: 5. Theor:) Si magnitudo magnitudinis æqualiter fuerit multiplex, vt ablata ablatæ: erit etiam reliqua reliquæ æqualiter multiplex, vt tota totius.

Prop: 6. Theor:) Si duæ magnitudines duarum magnitudinum æqualiter fuerint multiplices: & ablatæ quædam earundẽ fuerint

rint æqualiter multiplices: erunt etiam reliquæ eisdem vel æquales, vel earundem æqualiter multiplices.

Prop: 7. Theor:) Æquales magnitudines ad eandem: eandem habent proportionẽ: & eadem, ad æquales.

Prop: 8. Theor:) Magnitudinum inæqualium maior ad eandem maiorem habet proportionem, quàm minor: & eadem illa magnitudo ad minorem habet proportionem maiorem, quàm ad maiorem.

Prop: 9. Theor:) Magnitudines ad eandem, eandem habentes proportionem, æquales sunt inter se, & ad quas eadem, eandem habet proportionem; etiam illæ sunt inter se æquales.

Prop: 10. Theor:) Quæ ex magnitudinibus ad eandem proportionem habentibus maiorem habet proportionem, illa est maior: & ad quam eadem maiorem habet proportionẽ, illa est minor.

Prop: 11. Theor:) Quæ eidem proportioni sunt eædem: illæ etiam inter se erunt eædem.

Prop: 12. Theo:) Si fuerint magnitudines

quotlibet proportionales: erit quemadmodum vna præcedentium, ad vnam consequentium: sic omnes præcedentes, ad omnes consequẽtes.

Prop: 13. Theor:) Si magnitudo prima ad secũdam, eam habuerit proportionẽ, quam tertia ad quartam: tertia verò ad quartam maiorem habuerit proportionem, quàm quinta ad sextam: tum etiam prima ad secundam maiorem habebit proportionem, quàm quinta ad sextam.

Prop: 14. Theor:) Si magnitudo prima ad secundam eam habuerit proportionem, quam tertia ad quartam: & si prima maior fuerit quàm tertia: etiam secunda erit maior quàm quarta: & si æqualis, æqualis: & si minor, minor.

Prop: 15. Theor:) Partes inter se collocatæ, eam habent proportionem, quam suæ æqualiter multiplices.

Prop: 16. Theor:) Si quatuor magnitudines fuerint proportionales, etiam alternatim proportionales erunt.

Prop: 17. Theor:) Si magnitudines coniunctæ fuerint proportionales, etiam separatæ

propor-

proportionales erunt.

Prop: 18. Theor:) Si magnitudines ſeparatæ fuerint proportionales, etiam coniunctæ erunt proportionales.

Prop: 19. Theor:) Si fuerit totius alicuius magnitudinis, ad totam aliquam magnitudinẽ proportio ea, quæ ablatæ ad ablatam: erit etiam reliquæ ad reliquam proportio ea, quæ totius ad totam.

Prop: 20. Theor:) Si fuerint tres magnitudines, & aliæ totidem, & binæ in eadem proportione, & ſi ex æquo prima fuerit maior quàm tertia: erit etiam quarta maior quàm ſexta: & ſi æqualis, æqualis: & ſi minor, minor. Hoc eſt: Si fuerit proportio primæ magnitudinis ad ſecundam ea, quæ tertiæ ad quartam: fuerit verò etiam proportio ſecundæ ad quintam, quæ quartæ ad ſextam: tum ſi fuerit prima maior quàm quinta: erit etiam tertia maior quàm ſexta. &c.

Prop: 21. Theor:) Si fuerint tres magnitudines, & aliæ totidem, binæ in eadẽ proportione, etiamſi fuerit confuſa ipſarũ proportio: tamen ſi ex æquo prima fuerit maior, quàm

tertia, erit etiam quarta maior quàm sexta: & si æqualis, æqualis: & si minor, minor.

Prop: 22. Theor:) Si fuerint quotlibet magnitudines, & aliæ totidem binæ in eadem proportione, etiam ex æquo in eadem erunt proportione.

Prop: 32. prob.) Si fuerint magnitudines tres, & aliæ totidem binæ in eadem proportione, etiamsi fuerit confusa illarum proportio: tamen ex æquo in eadem erunt proportione.

Prop: 24. Theor:) Si magnitudo prima ad magnitudinem secundam, eam habuerit proportionem, quam tertia ad quartam, habuerit verò etiam quinta ad secundam eam proportionem: quàm sexta ad quartam: tum coniuncta magnitudo prima cum quinta, eam habebit proportionem ad secundam, quam habet tertia cum sexta ad quartam.

Prop: 25. Theor:) Si quatuor magnitudines fuerint proportionales, earum maxima & minima reliquis duabus erunt maiores.

Finis libri quinti elementorum Euclidis.

EV-

EVCLIDIS ELEMENTO-rum Geometriæ liber sextus.

Definitiones.

SImiles figuræ rectilineæ sunt, quæ æquales habent angulos ad vnum: & latera æquales angulos continentia æqualia.

Reciprocæ figuræ sunt, quando in vtraque figura sunt antecedentes, & consequentes rationis termini.

Secundum rationem extremam & mediã dicetur linea recta esse secta: quando sic se habet ratio, vt tota ad maius segmentum, sic maius segmentum ad minus.

Vniuscuiusq; figuræ altitudo dicitur: linea recta perpendicularis, ducta à vertice ad basim vsque.

Ratio ex rationibus dicetur composita esse, si rationum quantitates inter se multiplicatæ, aliquas fecerint.

Propositiones.

Prop: 1. Theor:) Trianguli, & parallelogramma, quæ sub eadem sunt altitudine, proportionem inter se habent, vt & ipsæ bases.

Prop: 2. Theor:) Si ad trianguli alicuius latus, ducta fuerit quædam linea recta æquedistans, tum ea proportionaliter secabit trianguli latera. Et si trianguli latera fuerint proportionaliter secta: tum linea recta ad sectiones ducta ad reliquum trianguli latus, erit æquedistans.

Prop: 3. Theor:) Si trianguli alicuius angulus fuerit dissectus in duas partes æquales: ipsaq́ recta secans angulum, ipsam etiam basin secet: tum segmenta basis eandem habebũt proproportionẽ cum reliquis trianguli lateribus. Et si segmenta basis eandem habuerint portionem cum reliquis trianguli lateribus: recta à vertice trianguli ad sectionem ducta: secat angulum trianguli in duas partes æquales.

Prop: 4. Theor:) Trianguli qui æquales habent angulos: latera eorum quæ æquales continent angulos, sunt proportionalia: & latera æquales angulos subtendẽtia, sunt homologa.

Prop: 5. Theor:) Si duo trianguli habuerint latera proportionalia, illi etiam æquianguli erunt, & anguli, quos latera homologa

sub-

ſubtendunt, ſunt æquales.

Prop: 6. Theor:) Si alicuius trianguli, vnus angulus fuerit æqualis vni angulo alterius trianguli: & latera æquales illos angulos continentia ſint proportionalia: eiuſmodi trianguli æqualium ſunt angulorum, & angulos quos homologa latera ſubtendunt, habent æquales.

Prop: 7. Theor:) Si duorum triangulorũ angulus vnus vni angulo fuerit æqualis: & latera alios angulos continentia ſint proportionalia: & alterum ex reliquis angulis vel minorem, vel non minorem angulo recto habuerint: iſti duo trianguli erunt æqualium angulorum, & angulos quos latera proportionalia continent, habent æquales.

Prop: 8. Theor:) Si in triangulo rectangulo, ab angulo recto, ad baſin ducta fuerit perpendicularis: tum trianguli qui ad perpendicularem ſunt poſiti, ſunt ſimiles toti triangulo, atq; etiam inter ſe.

Prop: 9. prob:) Auferre ex data linea recta, eam partem, quæ auferenda præcipitur.

Prop: 10. prob:) Datam lineam rectam nõ

sectam: similiter secare vt sectam.

Prop: 11. prob:) Duabus propositis lineis rectis: tertiam proportionalem inuenire.

Prop: 12. prob:) Tribus lineis rectis datis: quartam proportionalem inuenire.

Prop: 13. prob:) Duabus datis lineis rectis: mediam proportionalem inuenire.

Prop: 14. Theor:) Parallelogrammorum æqualium, & habentium vnum angulum vni angulo æqualem: latera æquales angulos continentia reciproca sunt. Et quorum parallelogrammorum habentium vnum angulum vni angulo æqualem, reciproca sunt ea latera, quæ æquales angulos continent: illa etiam sunt æqualia.

Prop: 15. Theor:) Triangulorum æqualium, & habentium vnum angulum, vni angulo æqualem: latera æquales angulos continentia, reciproca sunt. Et quorum triangulorum habentium vnum angulum vni angulo æqualem, reciproca sunt latera æquales angulos continentia: æquales etiam erunt illi trianguli.

Prop: 16. Theor:) Si quatuor lineæ rectæ

fue-

fuerint proportionales: rectangulum quod continetur duabus extremis, æquale est rectangulo, quod duabus medijs continetur. Et si rectangulum quod duabus extremis continetur, fuerit æquale rectangulo, quod continetur duabus medijs: quatuor istæ lineæ rectæ proportionales erunt.

Prop. 17. Theor:) Si tres lineæ rectæ proportionales fuerint, rectangulum quod continetur duabus extremis: æquale est quadrato quod describitur à linea media. Et si rectangulum quod continetur duabus extremis, æquale est quadrato à media linea descripto: tres illæ rectæ proportionales erunt.

Prop: 18. Theor:) A data linea recta: dato rectilineo: describere simile, et similiter positum rectilineum.

Prop: 19. Theor:) Similes trianguli: in dupla sunt ratione homologorum laterum.

Prop: 20. Theor:) Figuræ multorum angulorum diuiduntur in similes triangulos, & numero æquales, & homologos totis: & figura multorum angulorum, ad figuram multorum angulorum: duplicem habet rationem,

quam

quam latus homologon, ad latus homologon.

Prop: 21. Theor:) Quæ eidem rectangulo sunt similia, etiam inter se sunt similia.

Prop: 22. Theor:) Si quatuor lineæ rectæ fuerint proportionales, etiam rectilineæ figuræ similes, similiterq; ab eis descriptæ proportionales erunt. Et si rectilineæ figuræ similes, & ab his lineis rectis similiter descriptæ fuerint proportionales, etiam ipsæ lineæ rectæ proportionales erunt.

Prop: 23. Theor:) Parallelogramma æquales angulos habentia: proportionem inter se habent, ex lateribus compositam.

Prop: 24. Theor:) Omnis parallelogrammi, quæ circa diametrum sunt parallelogramma, similia sunt toti parallelogrammo, & inter se.

Prop: 25. prob:) Datæ figuræ rectilineæ similem, & aliæ figuræ rectilineæ datæ eandem æqualem figuram rectilineã constituere.

Prop: 26. Theor:) Si auferatur ex parallelogrammo aliud parallelogrammon simile, & similiter positum toti parallelograammo: ita vt etiam communem cum ipso habeat angulum:

gulum: erit circa eandem cum ipso diametro.

Prop: 27. Theor:) Omnium parallelogrammorum quæ ad eandem lineam rectam applicantur, & deficiunt parallelogrammis figuris, similibus & similiter positis: parallelogrammon quod à dimidia describitur, atq; defectui simile est, erit maius eo, quod à dimidia describitur.

Prop: 28. prob:) Datæ lineæ rectæ, dato rectilineo æquale parallelogrammon applicare deficiens figura parallelogramma, simili datæ figuræ. Sed oportet illud rectilineum, cui æquale ponendum & applicandum est, non esse maius rectilineo, quod à dimidia describitur istis defectibus existentibus similibus, eius quod à dimidia describitur, & eius cui simile deficere oportet.

Prop: 29. prob:) Datæ lineæ rectæ dato rectilineo applicare æquale parallelogrammon, quod excedit figura parallelogramma simili datæ figuræ rectilineæ.

Prop: 30. prob:) Datam rectam extrema & media ratione secare.

Prop: 31. Theor:) In datis triangulis rectangu-

rectangulis, figura quæ describitur à latere subtendente angulum illum rectum: æqualis est figuris, quæ describũtur à lateribus angulum illum rectum continentibus, similibus similiterq; descriptis.

Prop: 32. Theo:) Si duo trianguli fuerint coniuncti ad vnum angulũ, habentesq; duo latera duobus lateribus proportionalia: ita vt latera homologa sint æquedistantia: tum reliqua triãgulorũ latera ἐπ' εὐθείας sunt posita.

Prop: 33. Theor:) In circulis æqualibus anguli eandem habent rationem quam circumferentiæ in quibus consistunt: siue sint ad centra, siue ad circumferentias constituti. præterea & sectores ad centra scilicet constituti.

Finis libri sexti.

EVCLIDIS ELEMENTORUM liber Septimus.

Definitiones.

VNitas est, secundũ quam vnumquodq; vnum dicitur.

Numerus verò est, multitudo ex vnitatibus composita.

Num:a

Numerus alterius numeri pars esse dicitur minor maioris: quãdo maiorẽ exactè metitur.

Numerus verò alterius numeri partes esse dicitur, quando nõ exactè metitur maiorẽ.

Numerus alterius numeri multiplex esse dicitur maior minoris: quando minor maiorẽ exactè metitur.

Numerus par est, quem in duas partes æquales diuidere possumus.

Numerus verò impar, qui non potest diuidi in duas partes æquales: vel is qui vnitate differt à numero pari.

Numerus pariter par est, quem par numerus per parem metitur.

Numerus pariter impar est, quem numerus par metitur per numerum imparem.

Numerus impariter impar est, quẽ impar numerus per imparem metitur.

Numerus primus est, quem sola metitur vnitas.

Numeri inter se primi sunt, quos sola vnitas communi mensura metitur.

Numerus compositus est, quem numerus aliquis metitur.

Nume-

Numeri inter se compositi, quos numerus aliquis communi metitur mensura.

Numerus numerum multiplicare dicitur, quando quot in ipso multiplicante fuerint vnitates, toties componitur numerus multiplicandus, & producitur aliquis numerus.

Quando verò duo numeri sese mutuo multiplicantes producunt aliquem, numerus qui producitur, appellatur planus.

Latera verò eius sunt, numeri sese mutuò multiplicantes.

Si verò tres numeri sese mutuò multiplicantes produxerint aliquem numerum: is qui fit, solidus nominatur.

Eius verò latera sunt numeri, sese mutuò multiplicantes.

Numerus quadratus est, qui æqualiter est æqualis: vel qui ex duorum æqualium numerorum multiplicatione fit.

Numerus verò cubus dicitur, qui æqualiter æqualis est, æqualiter: id est, qui fit ex multiplicatione trium æqualium numerorum.

Numeri proportionales sunt, quando primus secundi, & tertius quarti æqualiter fuerit mul-

rit multiplex, aut eadẽ pars, aut eædẽ partes.

Similes plani & solidi numeri sunt: qui latera habent proportionalia.

Numerus perfectus est: qui partibus sui ipsius est æqualis.

Propositiones.

Prop: 1. Theor:) Si duobus numeris inæqualibus propositis, semper minor à maiore auferatur: & tandem is qui relinquitur, præcedentem non amplius exactè metiatur, donec sumatur vnitas: numeri ab initio propositi primi inter se sunt.

Prop: 2. prob:) Duobus propositis numeris non primis inter se: inuenire maximam eorum communem mensuram.

Prop: 3. prob:) Tribus propositis numeris non primis inter se: maximam eorum communem mensuram inuenire.

Prop: 4. Theor:) Omnis numerus, omnis numeri minor maioris: vel est pars, vel partes.

Prop: 5. Theor:) Si numerus uumeri pars fuerit, & alter alterius eadem pars: etiam additus additi eadẽ pars erit, quæ vnus vnius.

Prop: 6. Theor:) Si numerus numeri par-

tes sit, & alter alterius eædem partes, etiam additus additi, eædem partes erit, quæ est vnus vnius.

Prop: 7. Theor:) Si numerus numeri pars sit, quæ pars est numerus ablatus, numeri ablati: etiam reliquus reliqui eadem pars erit, quæ totus totius.

Prop: 8. Theor:) Si numerus alterius numeri fuerit partes, quæ partes est numerus ablatus, numeri ablati, etiam reliquus numerus reliqui numeri eadẽ partes erit, quæ partes est totus totius.

Prop: 9. Theor:) Si numerus alterius numeri pars fuerit, & alter alterius eadem pars, tum permutatim quæ pars est, vel partes primus tertij: eadem pars vel partes est, secundus quarti.

Prop: 10. Theor:) Si numerus alterius numeri fuerit partes, & alter alterius eædem partes, etiam permutatim quæ partes est primus tertij vel pars, eædem partes secundus erit quarti vel pars.

Prop: 11. Theor:) Si fuerit vt numerus totus ad numerum totum, ita ablatus numerus ad

rius ad ablatum: etiam reliquus ad reliquum erit, vt totus numerus ad numerum totum.

Prop: 12. Theor:) Si quotcunq; fuerint numeri proportionales, erit vt vnus ex antecedentibus: ad vnum ex consequentibus: ita omnes antecedentes, ad omnes consequentes.

Prop: 13. Theor:) Si quatuor numeri fuerint proportionales, etiam permutatim proportionales erunt.

Prop: 14. Theor:) Si fuerint quotcunq; numeri, & alij his æquales numero bini collati, & in eadem proportione, & iam ex æquo in eadem erunt proportione.

Prop: 15. Theor:) Si vnitas aliquem metitur numerum, æqualiter verò alius quispiam numerus, alium numerum metiatur: tum permutatim vnitas æqualiter metietur numerum tertium, & secundus quartum.

Prop: 18. Theor:) Si duo numeri sese mutuò multiplicantes produxerint aliquos: numeri ex eiusmodi multiplicatione facti, æquales inter se sunt.

Prop: 17. Theor:) Si numerus aliquis duos numeros multiplicat, tum numeri ex eius-

modi multiplicatione facti, eandem habebũt quam multiplicati rationem.

Prop: 18. Theor:) Si duo numeri aliquem multiplicauerint numerum, & producant aliquos: numeri producti ex horum multiplicatione, eandem quam multiplicantes, habebũt rationem.

Prop: 19. Theor:) Si quatuor numeri fuerint proportionales: numerus qui fit ex multiplicatione primi in quartum, erit æqualis ei qui producitur ex multiplicatione secundi in tertium: et si numerus ex multiplicatione primi in quartum factus: fuerit æqualis ei, qui fit ex multiplicatione secundi in quartum, tum quatuor illi numeri erunt proportionales.

Prop: 20. Theor:) Si tres numeri fuerint proportioales : numerus ex multiplicatione extremorum factus: æqualis est quadrato numeri medij. Et si numerus ex multiplicatione extremorum factus, æqualis est quadrato numeri medij : tres illi numeri erunt proportionales.

Prop: 21. Theor:) Minimi numeri eandemhabentes rationem, metiuntur numeros

ean-

eandem cum ipsis habentes rationem æqualiter: maior maiorem, & minor minorem.

Prop: 22. Theor:) Si fuerint tres numeri & alij numeri æquales, bini collati, & in eadem ratione, sit verò illorum proportio perturbata: tum ex æquo in eadem erunt ratione.

Prop: 23. Theor:) Numeri primi inter se, sunt minimi eorum, qui eandem cum ipsis habent rationem.

Prop: 24. Theor:) Numeri eorum qui eandem cum ipsis habent proportionem: primi inter se sunt.

Prop: 25. Theor:) Si duo numeri primi inter se fuerint: is qui vnum ex illis metitur: primus erit ad reliquum.

Prop: 26. Theor:) Si duo numeri ad vnum fuerint primi: tum is qui producitur ex horum multiplicatione, ad eundem quoq; primus erit.

Prop: 27. Theor:) Si numeri primi inter se fuerint, is qui fit ex multiplicatione vnius illorum duorum: primus erit ad reliquum.

Prop: 28:) Theor:) Si duo numeri ad duos numeros vterq; ad vtrumq; primi fuerint:

tum qui ex horum fiunt multiplicatione, etiã primi inter se erunt.

Prop: 29. Theor:) Si duo numeri primi inter se fuerint: & vterq; seipsum multiplicet ac producat aliquem numerum, tum producti ex his numeri etiam primi inter se erunt, & si ab initio propositi numeri hos multiplicantes producant alios: etiam illi primi inter se erũt, id perpetuo circa extremos contingit numeros.

Prop: 30. Theor:) Si duo numeri primi inter se fuerint, & vterq; illorum ad vtrunq; illorum erit primus, & si vterq; simul ad vnum aliquem illorum est primus: etiam numeri ab initio propositi, primi inter se erunt.

Prop: 31. Theor:) Omnis numerus ad omnem numerum quem non metitur, primus est.

Prop: 32. Theor:) Si duo numeri se se multiplicantes producant aliquem, eumq; metiatur aliquis numerus primus: tum etiam vnum ex ijs qui ab initio erant propositi metietur.

Prop: 33. Theor:) Omnem compositum numerum, aliquis primus numerus metitur.

Prop:

Prop: 34. Theor:) Omnis numerus, aut primus est, aut primus numerus eum metitur.

Prop: 35. Theor:) Quotcunq; numeris datis, inuenire minimos eandem cum ipsis habentes proportionem.

Prop: 36. Theor:) Duobus propositis numeris: inuenire minimum quem metiantur.

Prop: 37. Theor:) Si duo numeri metiantur vnum aliquem numerum, tum minimus quem illi metiuntur, metietur etiam eundem.

Prop: 38. prob:) Tribus propositis numeris: inuenire minimum quem metiantur.

Prop: 39. Theor:) Si aliquem numerum metiatur aliquis alius numerus, is quem alter metitur, habebit cum eo qui metitur alterum numero partem denominationis eiusdē.

Prop: 40. Theor:) Si numerus aliquis quamcunq; habuerit partem, tum aliquis alius numerus eiusdem cum parte denominationis metietur eum.

Prop: 14. prob:) Numerum inuenire, qui cum sit minimus, habeat in se partes datas.

Finis libri Septimi.

EVCLIDIS ELEMENtorum liber Octauus.

Propositio 1. Theor:

SI fuerint quotcunq; numeri continuè proportionales, atq; numeri extremi eorum inter se sint primi: tum erunt minimi eorum, qui eandem habent rationem.

Prop: 2. prob:) Numeros continuè proportionales minimos inuenire, quotquot aliquis volet, in data proportione.

Prop: 3. Theor:) Si aliquot numeri continuè proportionales fuerint, minimi eorum qui in eadem sunt proportione: extremi eorũ primi inter se sunt.

Prop: 4. prob:) Datis proportionalibus aliquot in minimis numeris, inuenire numeros cõtinuè minimos in datis proportionibus.

Prop: 5. Theor:) Numeri plani proportionem inter se habent ex lateribus eorũ compositam.

Prop: 6. Theor:) Si fuerint aliquot numeri continuè proportionales, et primus non metiatur secundum: neq; quispiam alius quempiam metietur.

Prop:

Prop: 7. Theor:) Si fuerint aliquot numeri continuè proportionales, & primus metiatur postremum: etiam metietur secundum.

Prop: 8. Theor:) Si inter duos numeros continuè proportionales incidant numeri: quotcunq; inter ipsos incident continuè proportionles, totidem incident inter eos qui continuè proportionales cum ipsis eandem habent proportionem.

Prop: 9.) Theor:) Si duo numeri primi inter se sunt, & inter ipsos continuè proportionales incidant numeri: quot inter ipsos continue proportionales incidunt numeri, tot & inter vtrunq; ipsorum & vnitatem continuè proportionales incident.

Prop: 10: Theor:) Si inter duos numeros & vnitatem continuè proportionales incidat numeri: quot inter vtrunq; ipsorum & vnitatem continuè proportionales incidunt numeri: tot & inter ipsos continuè proportionales incident.

Prop: 11. Theor:) Duorum quadratorum numerorum vnus est numerus medius proportionalis: & quadratus ad quadratum du-

plicatam habet rationẽ, quam latus ad latus.

Prop: 12. Theor:) Duorum cuborum numerorum, duo medij proportionales numeri sunt, & cubus ad cubum triplicatam rationẽ habet, quàm latus ad latus.

Prop: 13. Theor:) Si fuerint quotcunq; numeri continuè proportionales, & quisq; eorum seipsum multiplicet, producatq; aliquem numerum, tum producti ex ipsis proportionales erunt. & si illi qui ab initio positi fuerant, multiplicantes eos, qui iam sunt producti, aliosq; producant: etiam illi proportionales erunt: idq; semper in extremis fit numeris.

Prop: 14. Theor:) Si quadratus numerus numerum quadratum metitur: tum etiam latus metietur alterum latus: & si latus metitur alterum latus: etiam quadratus quadratum metietur.

Prop: 15. Theor:) Si numerus cubus numerum cubum metitur, etiam latus metietur alterum latus: & si latus, alterum metitur latus: etiam cubus cubum metietur.

Prop: 16. Theor:) Si quadratus numerus numerum quadratum non metitur: neque latus al-

tus alterum latus metietur: & si latus alterum latus, alterum latus non metitur: neq; quadratus, quadratum metietur.

Prop: 17. Theor:) Si cubus numerus, numerum cubum non metitur: neq; latus metietur alterum latus: & si latus alterum latus nō metitur, neq; cubus metietur cubum.

Prop: 18. Theor:) Duobus numeris planis similibus vnus est medius proportionalis, & numerus planus ad numerum planum rationem habet duplicatam, quam habet latus homologon, ad latus homologon.

Prop: 19. Theor:) Duobus numeris solidis similibus duo medij sunt interpositi proportionales numeri: & numerus solidus ad similem solidum numerum triplicatam habet rationem, quam latus homologon ad latus homologon.

Prop: 20. Theor:) Si inter duos numeros vnus medius intercidit proportionalis numerus: illi numeri similes plani erunt.

Prop: 21. Theor:) Si inter duos numeros duo medij proportionales numeri inciderint: illi numeri similes solidi erunt.

Prop:

Prop: 22. Theor:) Si tres numeri continuè proportionales fuerint, & primus eorum sit quadratus: etiam tertius quadratus erit.

Prop: 23. Theor:) Si quatuor numeri continuè proportionales fuerint, & primus eorũ sit cubus: etiam quartus cubus erit.

Prop: 24. Theor:) Si duo numeri proportionem inter se habeant, quam quadratus ad quadratum, & primus eorum sit quadratus: etiam secundus quadratus erit.

Prop: 25. Theor:) Si duo numeri proportionem inter se habeant, quam numerus cubus ad numerum cubum: primus verò sit cubus: etiam secundus cubus erit.

Prop: 26. Theor:) Numeri similes plani inter se proportionem habent, quam quadratus ad quadratum.

Prop: 27. Theor:) Numeri similes solidi proportionem inter se habent: quam cubus ad cubum.

Finis Libri Octaui.

EVCLIDIS ELEMETORUM Liber Nonus.

Prop:

Prop: 1. Theor.

SI duo numeri similes plani sese mutuò multiplicauerint, ac producant aliquem numerum: is numerus erit quadratus.

Prop: 2. Theor:) Si duo numeri sese mutuò multiplicantes, producent numerum quadratum: erunt illi duo numeri similes plani.

Prop: 3. Theor:) Si numerus cubus seipsum multiplicauerit, & producat aliquem numerum: is qui producitur, erit cubus.

Prop: 4. Theor:) Si cubus numerus, numerum cubum multiplicauerit, & produxerit aliquem, tum numerus productus erit cubus.

Prop: 5. Theor:) Si numerus cubus, numerum aliquem multiplicet: & producat cubum: & numerus multiplicatus erit cubus.

Prop: 6. Theor:) Si numerus aliquis seipsum multiplicet, ac producat cubum, etiam ipsemet cubus erit.

Prop: 7. Theor:) Si numerus compositus, numerum aliquem multiplicauerit, & producat aliquem: numerus productus solidus erit.

Prop: 8. Theor:) Si ab vnitate aliquot numeri continuè proportionales fuerint, &

ter-

tertius ab vnitate sit quadratus, etiam vno intermisso omnes: quartus uerò cubus et duob. intermissis omnes, septimus verò etiã est cubus, & quadratus, et quinq; intermissis omnes.

Prop: 9. Theor:) Si ab vnitate aliquot numeri continuè proportionales fuerint: is verò qui post vnitatem sequitur, fuerit quadratus: etiam reliqui omnes quadrati erunt: & si is qui vnitatem sequitur fuerit cubus: etiam reliqui omnes erunt cubi.

Prop: 10. Theor:) Si ab vnitate aliquot numeri proportionales fuerint: is verò qui vnitatem sequitur, non fuerit quadratus: neq; quispiam insequentium quadratus erit, exceptis tertio ab vnitate, & vno intermittentibus omnibus: & si qui vnitatem sequitur nõ fuerit cubus: neq; aliius quispiam cubus erit, exceptis quarto ab vnitate, & duobus intermissis omnibus.

Prop: 11. Theor:) Si ab vnitate aliquot numeri continuè fuerint proportionales minor maiorem metietur per numeros, qui inter illos numeros proportionales fuerit.

Prop: 12. Theor:) Si ab vnitate aliquot

nume-

numeri proportionales fuerint: quot extremum numerum, numeri primi metiuntur: iidem etiã eum qui vnitatẽ sequitur, metietur.

Prop: 13. Theor:) Si ab vnitate aliquot numeri continuè proportionales fuerint: is verò qui vnitatem sequitur, fuerit primus: tum maximum numerum nullus alius numerus metitur, quàm qui ex numeris fuerint cum ipso proportionalibus.

Prop: 14. Theor:) Si minimum numerũ primi numeri metiuntur: tum nullus alius eũ metietur, præterquam qui ab initio eum metiebantur.

Prop: 15. Theor:) Si tres numeri continuè proportionales fuerint: minimi eorum qui eandem cum eis habent proportionem duo quicunq; sunt compositi, ad reliquum primi erũt.

Prop: 16. Theor:) Si duo numeri primi inter se fuerint: non erit proportio vt primus ad secundum, ita secundus ad aliquem alium.

Prop: 17. Theor:) Si fuerint aliquot numeri continuè proportionales, & illorum extremi sint inter se primi: non erit vt primus ad secundum, ita extremus ad aliquem aliũ.

Prop:

Prop:) 18. *prob:)* *Duobus propositis numeris contemplari, an tertius proportionalis inueniri possit.*

Prop: 19. *prob)* *Tribus datis numeris contemplari an quartus proportionalis inueniri possit.*

Prop: 20. *Theo:)* *Plures sunt numeri primi: quàm quæuis primorum numerorum multitudo proposita.*

Prop: 21. *Theor:)* *Si numeri pares quotquot illorum sint componantur: tum totus numerus erit par.*

Prop: 22. *Theor:)* *Si numeri impares quotcunq; illorum fuerint, componantur, & par illorum fuerit multitudo: tum totus numerus par erit.*

Prop: 23. *Theor:)* *Si aliquot numeri impares componantur, & illorum multitudo fuerit impar: totus etiam numerus impar erit.*

Prop: 24. *Theor:)* *Si à numero pari auferatur numerus par, etiam reliquus numerus par erit.*

Prop: 25. *Theor:)* *Si à numero pari, numerus impar auferatur: etiam reliquus impar erit.*

Prop:

Prop: 27. Theor:) Si à numero impari auferatur numerus par: etiam reliquus numerus impar erit.

Prop: 28. Theor:) Si numerus impar numerum parem multiplicauerit: ac fecerit aliquem, is qui fit numerus, par erit.

Prop: 29. Theor:) Si numerus impar numerum imparem multiplicauerit, ac produxerit aliquem: is qui producitur est impar.

Prop: 30. Theor:) Si numerus impar numerum parem metitur: etiam dimidium eius metietur.

Prop: 31. Theor:) Si numerus impar ad aliquem numerum fuerit primus, & ad eius duplum primus erit.

Prop: 32. Theor:) Numeri qui per binarium numerum duplicãtur, solum pariter pares sunt.

Prop: 33. Theor:) Si numerus aliquis dimidium sui habuerit imparem: is erit pariter impar tantum.

Prop: 34. Theor:) Si numerus par neq; ex ijs erit, qui per binarium sunt duplicati: neq; ex ijs qui dimidium sui habent numerum

imparem: is erit pariter par: & erit pariter impar.

Prop: 35. Theor:) Si fuerint aliquot numeri continuè proportionales, & à secundo atq; postremo auferatur numerus, primo æqualis: tum erit vt excessus secundi ad primũ, sic excessus postremi ad omnes qui eum præcedunt.

Prop: 36. Theor:) Si ab vnitate exponantur aliquot numeri continuè proportionales in proportione dupla: donec totus compositus primus fiat: & totus numerus ille in extremum multiplicatus producat aliquem: numerus qui fit, erit perfectus.

Finis Libri Noni Elementorum Euclidis.

EVCLIDIS ELEMENtorum liber decimus.

Definitiones.

COmmensurabiles magnitudines illæ dicũtur esse, quas eadẽ mensura metitur. Incommensurabiles verò illæ magnitudines di-

nes dicuntur: quarum nullam cõmunem mensuram contingit inuenire.

Lineæ rectæ potentia cõmensurabiles sunt: quarum quadrata vna eademq; superficies metitur.

Lineæ verò rectæ incommẽsurabiles sunt: quarum quadrata quæ metiatur ea, nulla inueniri potest.

His sic se habentibus, ostenditur quod lineæ rectæ datæ, existant aliæ lineæ rectæ innumerabiles partim commẽsurabiles, partim incommensurabiles, aliæ quidem longitudine & potentia, aliæ verò potentia tantum.

Vocetur igitur linea recta data, ῥητὴ, rationalis: quæ verò huic lineæ sunt commensurabiles, siue longitudine & potentia, siue potentia tantum: & ipsæ vocẽtur rationales.

Quæ autem huic lineæ rectæ incommensurabiles sunt, nominentur irrationales.

Quadratũ etiã quod à linea proposita rationali describitur, appelletur rationale. Quæ etiã huic sunt cõmensurabilia, nominẽtur rationalia. quæ verò ei sunt incõmensurabilia, nominẽtur irrationalia aut surda. Lineæ denique, q̃

illa describunt, irrationales dicantur, si sit quadratum, ipsa latera sunt irrationalia, si verò aliæ figuræ rectilineæ, tum lineæ quæ describunt quadrata figuris rectilineis æqualia vocentur irrationales.

Propositiones.

Prop: 1. Theor:) Duabus magnitudinibus inæqualib. propositis, si de maiori detrahatur plus dimidio: & rursus de reliquo iterum detrahatur plus dimidio, idq; semper fiat: relinquetur quædã magnitudo minor altera minore ex duabus propositis.

Prop: 2. Theor:) Duabus magnitudinibus propositis inæqualibus, si detrahatur semper minor de maiore, neq; residuum vnquam metiatur id quod ante se metiebatur: incommensurabiles erunt illæ magnitudines.

Prop: 3. prob:) Datis duabus magnitudinibus commensurabilibus maximam eorum communem mensuram inuenire.

Prop: 4. prob:) Datis tribus magnitudinibus commensurabilibus, maximam earum communem mensuram inuenire.

Prop: 5. Theor:) Magnitudines commen-

surabi-

ſurabiles eam inter ſe habent proportionem, quam numerus ad numerum.

Prop: 6. Theor:) Si duæ magnitudines eam habeant proportionem, quam numerus ad numerum: illæ ſunt commenſurabiles.

Prop: 7. Theor:) Magnitudines incommenſurabiles eam non habent inter ſe proportionem, quam numerus ad numerum.

Prop: 8. Theor:) Si duæ magnitudines non habuerint eam proportionem, quàm numerus ad numerum, incommenſurabiles illæ erunt.

Prop: 9. Theor:) Quadrata quæ deſcribuntur à rectis lineis longitudine commenſurabilibus, inter ſe proportionem habent, quam numerus quadratus ad numerum quadratũ. Et quadrata habentia proportionem inter ſe, quàm quadratus numerus ad quadratum numerum, habebunt etiam latera longitudine commenſurabilia. Qadrata verò quæ deſcribuntur à lineis rectis longitudine incommenſurabilibus, proportionem non habent inter ſe, quàm quadratus numerus ad numerum quadratum: & quadrata non habentia pro-

portionem, quam quadratus numerus ad quadratum: neq; latera habebunt longitudine cõmensurabilia.

Corollarium.

Exiam' demonstratis manifestum est, lineas longitudine commensurabiles, omnino potentia quoq; esse commensurabiles. Quæ verò potentia sunt commensurabiles: non omnino longitudine quoq; commensurabiles sunt: & quæ longitudine incommensurabiles sunt: nõ omnino potentia etiam incommensurabiles esse: quæ verò potentia incommensurabiles sunt: omnino etiam longitudine quoq; incommensurabiles esse.

Prop: 10. Theor:) Si quatuor magnitudines fuerint proportionales, prima verò secundæ fuerit commensurabilis: tertia quoque quartæ commensurabilis erit. Quod si prima secundæ fuerit incõmensurabilis, tertia quoq; quartæ erit incommensurabilis.

Prop: 11. prob:) Propositæ lineæ rectæ (quæ nominata est ῥητὴ) inuenire duas lineas rectas incommensurabiles, hanc quidem longitudine tantum, illam verò non longitudine

tan-

tantum, sed etiam potentia incommensurabilem.

Prop: 12. Theor:) Magnitudines quæ eædem magnitudini sunt commensurabiles: inter se quoq; commensurabiles sunt.

Prop: 13. Theor:) Si fuerint duæ magnitudines, & altera eidem sit commensurabilis, altera verò incommensurabilis, illæ magnitudines incommensurabiles erunt.

Prop: 14. Theor:) Si fuerint duæ magnitudines commensurabiles, & altera illarum alteri cuipiam magnitudini sit incommensurabilis, etiam reliqua magnitudo eidem incõmensurabilis erit.

Prop: 15. Theor:) Si quatuor lineæ rectæ proportionales fuerint, possit autem prima plus quàm secunda, tanto quantum est quadratum lineæ sibi commensurabilis longitudine: tertia plus poterit quàm quarta, tantò quantum est quadratum lineæ sibi commensurabilis longitudine, & si prima plus potest quàm secunda, tanto quantum est quadratum lineæ sibi incommensurabilis longitudine etiam tertia plus potest quàm quarta tanto

quantum eſt quadratum lineæ ſibi incommenſurabilis longitudine.

Prop: 16. Theor:) Si duæ magnitudines commenſurabiles componantur, tota magnitudo compoſita ſingulis partibus commenſurabilis erit. Quod ſi tota magnitudo compoſita alterutri parti commenſurabilis fuerit: illæ duæ partes commenſurabiles erunt.

Prop: 17. Theor:) Si duæ magnitudines incommenſurabiles componantur, ipſa tota magnitudo ſingulis partibus componentibus incommenſurabilis erit. Quod ſi tota alteri parti fuerit incommenſurabilis, illæ quoque primæ magnitudines inter ſe incommenſurabiles erunt.

Prop: 18. Theor:) Si fuerint duæ rectæ lineæ inæquales, & quartæ parti quadrati quod deſcribitur à minore æquale parallelogrammon applicetur ſecundum maiorem, ex qua maiore tantum excurrat extra latus parallelogrammi, quantum eſt alterum latus ipſius parallelogrammi. Si præterea parallelogrammon ſui applicatione diuidat lineam illam in partes inter ſe commenſurabiles lon-

gitu-

gitudine: illa maior linea tanto plus potes, quàm minor, quantum est quadratũ lineæ sibi commensurabilis longitudine. Quod si maior plus possit quàm minor, tanto quantum est quadratum lineæ sibi commensurabilis longitudine: & præterea quartæ parti quadrati lineæ minoris æquale parallelogrammon applicetur secundum maiorem, ex qua maiore tantum excurrat extra latus parallelogrammi, quantùm est alterum latus ipsius parallelogrammi, parallelogrammum sui applicatione diuidit maiorem in partes inter se longitudine commensurabiles.

Prop: 19. Theor:) Si fuerint duæ lineæ rectæ inæquales, quartæ autem parti quadrati lineæ minoris æquale parallelogrammum secundum lineam maiorem applicetur, ex qua linea tantum excurrat extra latus parallelogrammi, quantum est alterum latus eiusdem parallelogrammi: si parallelogrammum præterea sui applicatione diuidat lineam in partes se longitudine incommensurabiles, maior illa linea tanto plus potes quàm minor: quantum est quadratum lineæ sibi maiori in-

commensurabilis longitudine: quod si maior linea tanto plus possit quàm minor, quantum est quadratum lineæ commensurabilis sibi longitudine, & præterea quartæ parti quadrati lineæ minoris æquale parallelogrammum applicetur secundum maiorem, ex qua tantum excurrat extra latus parallelogrammi: quantum est alterum latus ipsius: parallelogrammum sui applicatione diuidit maiorem in partes inter se incommensurabiles longitudine.

Prop: 20. Theor:) Rectangulum quod lineis rectis rationalibus longitudine commensurabilibus secundum vnum aliquem ex prædictis modum continetur: rationale est.

Prop: 21. Theor:) Si rationale secundum lineam rationalem applicetur: habebit alterum latus lineam rationalem & commensurabilem longitudine, lineæ cui rationale parallelogrammon applicatur.

Prop: 22. Theor:) Rectangulum quod continetur duabus lineis rectis rationalibus potentia tantum commensurabilibus irrationalis est: linea autem, quæ illud potest irrationalis & ipsa est, vocetur verò medialis.

Lem-

Lemma.) Si sint duæ lineæ rectæ, erit vt prima ad secundam, ita quadratum quod à prima describitur: ad rectangulum quod duabus illis rectis continetur.

Prop: 23. Theor:) Quadratum lineæ medialis applicatum secundum lineam rationalem alterun latus habet lineam rationalem & incommensurabilem longitudine lineæ rectæ secundum quàm applicatur.

Pro: 24. Theor:) Recta q̃ lineæ rectæ mediali cõmensurabilis est: & ipsa medialis est.

Prop: 25. Theor:) Rectangulum quod continetur lineis rectis medialibus longitudine commensurabilibus: mediale est.

Prop: 26. Theor:) Rectangulum quod continetur lineis rectis medialibus potentia tantum commensurabilibus vel est rationale, vel mediale.

Prop: 27. Theor:) Mediale non est maius mediali, superficie rationali.

Lemma.) Duobus numeris datis in quacunq; ratione, & alio numero etiam dato: efficere vt se habet numerus ad numerum: ita se habeat ille ad alium aliquem numerum.

Prop:

Prop: 28. prob:) Mediales inuenire potentia tantum commensurabiles rationale comprehendentes.

Prob: 29. prob:) Mediales inuenire potentia tantum commensurabiles mediale continentes.

Lemma.

Inuenire duos numeros quadratos tales, vt qui ex ipsis compositus est, sit quadratus.

Lemma.

Inuenire duos numeros quadratos tales, vt numerus ex ipsis compositus non sit quadratus.

Lemma.

Duobus numeris datis, & linea recta data efficere, vt sicut numerus ad numerum, sic quadratum quod à linea describitur, se habeat ad quadratum quod ab alia linea recta describitur.

Prop: 30. prob:) Duas rectas rationales potentia tantum commensurabiles inuenire: ita vt maior plus possit, quàm minor quadrato, quod describitur à linea recta longitudine sibi commensurabili.

Lem-

Lemma.

Duas rationales potentia tantum cõmensurabiles inuenire, ita vt maior plus possit quàm minor quadrato, quòd à linea longitudine sibi incommensurabili describitur.

Lemma.

Si fuerint duæ lineæ rectæ in quadam ratione, erit vt recta ad rectam: sic rectangulum quod duabus rectis continetur ad quadratum à minima descriptum.

Prop: 31. prob:) Inuenire duas mediales potentia tantum commensurabiles rationale continentes, ita vt maior plus possit minore: quadrato quod describitur à recta longitudine sibi commensurabili.

Lemma.

Si fuerint tres lineæ in quadam ratione: erit vt prima ad tertiam, sic rectangulũ quod prima & media continetur ad rectangulum quod media & maiore continetur.

Prop: 32. prob:) Duas mediales potentia tantum commensurabiles mediale continentes inuenire, ita vt maior plus possit quàm minor quadrato, quod à recta sibi commensurabili describitur. Prop:

Prop:33.Prob:) Duas rectas potentia incommensurabiles inuenire: quæ faciant compositum ex quadratis quæ ab ipsis describuntur rationale: rectangulum verò illis contentum mediale.

Prop: 34.prob:) Duas rectas potentia incommensurabiles inuenire: quæ faciant compositum ex quadratis ab ipsis descriptis mediale: rectangulum verò ipsis rectis comprehensum rationale.

Prop: 35.prob:) Duas rectas potentia incommensurabiles inuenire: quæ faciant compositū ex quadratis,quæ ab ipsis describuntur mediale: & quod ipsis continetur rectangulū mediale:præterea incommensurabile composito ex quadratis quæ ab ipsis describuntur.

Prop: 36. Theor:) Si duæ rationales potentia tantum commensurabiles componantur:tota linea recta irrationalis est, vocetur autem binomium.

Prop:37.Theor:) Si fuerint duæ mediales potentia tantum commensurabiles compositæ continentes rationale: tota irrationalis erit, & vocetur bimediale, aut ex duabus medialibus prima.

Prop:

Prop: 38. Theor:) Si duæ mediales potentia tantum commensurabiles componantur mediale continentes: tota irrationalis erit. vocetur autem bimediale secundum.

Prop: 39. Theor:) Si duæ rectæ potentia commensurabiles componantur conficientes compositum ex quadratis ipsarum rationale, & rectangulum quod illis continetur mediale: tota linea recta est irrationalis, vocetur autem linea maior.

Prop: 40. Theor:) Si duæ lineæ rectæ potentia incommensurabiles componantur, conficientes compositum ex ipsarum quadratis mediale: id verò quod fit ex ipsis rationale: tota linea est irrationalis. Vocetur autem potens rationale & mediale.

Prop: 41. Theor:) Si duæ rectæ potentia incommensurabiles componantur, conficientes compositum ex quadratis ipsarum mediale: & quod continetur ex ipsis mediale: atque præterea incommensurabilis composito ex quadratis illarum rectarum: tota linea est irrationalis: et vocetur ea potens duo medialia.

Prop: 42. Theor:) Binomiũ in vnico tantum

tum puncto diuiditur in sua nomina, id est, in lineas, ex quibus componitur.

Prop: 43. Theor:) Bimediale prius in vnico tantum pũcto diuiditur in sua nomina.

Prop: 44. Theor:) Bimediale secundum in vnico tantum puncto diuiditur in sua nomina.

Prop: 45. Theor:) Linea maior in vnico tantum puncto diuiditur in sua nomina.

Prop: 46. Theor:) Linea recta potens rationale & mediale, in vnico tantum puncto diuiditur in sua nomina.

Prop: 47. Theor:) Linea potens duo medialia in vnico tantum puncto diuiditur in sua nomina.

Prop: 48. prob:) Inuenire binomium primum.

Prop: 49. prob:) Inuenire binomium secundum.

Prop: 50. prob:) Inuenire binomium tertium.

Prop: 51. prob:) Inuenire binomium quartum.

Prop: 52. prob:) Inuenire binomiũ quintũ.

Prob:

Prop: 53. prob:) Inuenire binomiũ ſextũ.

Prop: 54. Theor:) Si ſuperficies aliqua contenta fuerit rationali & binomiali primo: linea quæ illam poteſt ſuperficiem, eſt irrationalis, quæ nominatur binomium.

Prop: 55. Theor:) Si ſuperficies aliqua continetur rationali & binomiali ſecundo: linea, quæ illam poteſt, rationalis eſt, quæ nominatur bimediale primum.

Prop: 56. Theor:) Si ſuperficies continetur rationali & binomio tertio: recta quæ illam poteſt, irrationalis eſt, quæ vocatur bimediale ſecundum.

Prop: 57. Theor:) Si ſuperficies continetur rationali & binomio quarto: recta quæ illam poteſt irrationalis eſt, & vocatur maior.

Prop: 58. Theor:) Si ſuperficies continetur rationali & binomio quinto: recta quæ illam poteſt irrationationalis eſt, quæ vocatur potens rationale & mediale.

Prop: 59. Theor:) Si ſuperficies continetur rationali & binomio ſexto: recta quæ illam poteſt irrationalis eſt, quæ vocatur potens duo medialia.

Prop: 60. Theor:) Quadratum binomij applicatum lineæ rationali: facit alterum latus binomium primum.

Prop: 61. Theor:) Quadratum bimedialis primi applicatum rationali alterum latus: facit binomium ſecundum.

Prop: 62. Theor:) Quadratum bimedialis ſecundi rationali applicatum: facit alterũ latus binomium tertium.

Prop: 63. Theor:) Quadratum lineæ maioris applicatum rationali: facit alterum latus binomium quartum.

Prop: 64. Theor:) Quadratum lineæ potentis rationale & mediale, applicatum rationali: facit alterum latus binomium quintum.

Prop: 65. Theor:) Quadratum lineæ potentis duo medialia, applicatum rationali: facit alterum latus binomium ſextum.

Prop:) 66. Theor:) Linea longitudine commenſurabilis binomio: & ipſa binomium eſt, & eiusdem ordinis.

Prop: 67. Theor:) Linea longitudine commenſurabilis bimediali, & ipſa bimediale eſt, & eiusdem ordinis.

Prop:

Prop: 68. Theor:) Linea commensurabilis lineæ maiori, & ipsa maior est.

Prop: 69. Theor:) Linea commensurabilis lineæ potenti rationale & mediale: & ipsa potens rationale & mediale est.

Prop: 70. Theor:) Linea commensurabilis lineæ potenti duo medialia: & ipsa potens est duo medialia.

Propositio 71. Theorema.) Si duæ superficies rationalis & medialis componantur: linea, quæ totam superficiē compositam potest, est vna ex quatuor irrationalib. vel ea q̄ dicitur binomiū, vel bimediale primum, vel linea maior, vel linea potens, rationale, & mediale.

Prop: 72. Theor:) Si duæ superficies mediales incommensurabiles componantur: fient duæ reliquæ lineæ irrationales, vel bimediale secundum, vel linea potens duo medialia.

Secundus ordo alterius rationis, quæ est de Subtractione.

Principium senariorum per subtractionem.

Prop: 73. Theor:) Si à rationali auferatur rationalis, potētia tantum cōmensurabilis ipsi toti: tum reliqua irrationalis est: vocetur autem residuum.

Prop: 74. Theor:) Si à linea mediali auferatur medialis potentia tantum commensurabilis ipsi toti, quæ verò ablata est cum tota contineat superficiem rationalem: residua irrationalis est, vocetur autem residuum mediale primum.

Prop: 75. Theor:) Si de linea mediali detrahatur medialis potentia tantum commensurabilis toti: quæ verò detracta est cum tota contineat superficiem medialem: reliqua irrationalis est, vocetur autem residuum mediale secundum.

Prop: 76. Theor:) Si auferatur à linea recta, quædam alia potentia incommensurabilis toti, compositum autem ex quadratis totius lineæ, & lineæ ablatæ sit rationale: & quod illis continetur, sit mediale: reliqua linea irrationalis erit, vocetur autem linea minor.

Prop: 77. Theor:) Si à linea recta auferatur recta potentia incommensurabilis toti lineæ, compositum autem ex quadratis totius & lineæ ablatæ sit mediale: quod verò illis continetur sit rationale: reliqua linea irrationalis erit: vocetur autem linea faciens cum su

perfi-

perficie rationali totam ſuperficiem medialẽ.

Pro: 78. Theor:) Si à linea recta auferatur recta potentia incommenſurabilis toti lineæ, compoſitum autem ex quadratis totius & lineæ detractæ ſit mediale, quod verò illis continetur, etiam ſit mediale: præterea quadrata ipſarum ſint incommẽſurabilia ei quod illis continetur:: reliqua linea irrationalis eſt, vocetur autem linea faciens cum ſuperficie mediali totam ſuperficiem medialem.

Prop. 79. Theor:) Reſiduo vnica tantũ linea recta coniungitur rationalis potentia tantum commenſurabilis toti lineæ.

Prop: 80. Theor:) Reſiduo mediali primo vnica tantum linea coniungitur medialis potentia tantum commenſurabilis toti, ipſa cum tota, continens rationale.

Prop: 81. Theor:) Reſiduo mediali ſecundo vnica tantum coniungetur medialis potentia tantum commenſurabilis toti, ipſa cum tota continens mediale.

Prop: 82. Theor:) Lineæ minori vnica tantum recta coniungitur potentia incommenſurabilis toti faciens cum tota compoſitũ

ex quadratis ipsarum rationale: id verò quod illis continetur mediale.

Prop: 83. Theor:) Lineæ facienti cum superficie rationali totam superficiem medialem vnica tantum coniungitur linea recta, potentia incommensurabilis toti: faciens autem cum tota compositum ex quadratis ipsarum mediale, id verò quod fit ex ipsis, rationale.

Prop: 84. Theor:) Lineæ cum mediali superficie facienti totam superficiem medialem vnica tantum coniungitur linea potentia toti incommensurabilis, faciens cum tota compositum ex quadratis ipsarum mediale: id verò quod fit ex ipsis etiam mediale, & præterea faciens compositum ex quadratis ipsarum incommensurabile ei quod ex ipsis fit.

Prop: 85. prob:) Primũ residuũ inuenire.

Prop: 86. prob:) Secundũ residuũ inuenire.

Prop: 87. prob:) Tertiũ residuũ inuenire.

Prop: 88. prob:) Quartũ residuũ inuenire.

Prop: 89. prob:) Quintũ residuũ inuenire.

Prop: 90. prob:) Sextũ residuũ inuenire.

Prop: 91. Theor:) Si superficies contineatur linea rationali, & residuo primo linea quæ

illam

illam ſuperficiem poteſt: eſt reſiduum.

Prop: 92. Theor:) Si ſuperficies continea tur linea rationali & reſiduo ſecundo: linea quæ illam ſuperficiem poteſt: eſt reſiduum mediale primum.

Prop: 93. Theor:) Si ſuperficies continetur linea rationali, & reſiduo tertio: linea quæ illam ſuperficiem poteſt: eſt reſiduum rationale ſecundum.

Prop: 94. Theor:) Si ſuperficies continetur rationali, & reſiduo quarto: recta quæ illam poteſt ſuperficiem: eſt minor linea.

Prop: 95. Theor:) Si ſuperficies continetur rationali & reſiduo quinto, recta quæ illam ſuperficiem poteſt: eſt ea quæ dicitur cum rationale faciens totam medialem.

Prop: 96. Theor:) Si ſuperficies continetur rationali, & reſiduo ſexto, recta quæ illam poteſt, eſt ea quæ dicitur faciens cum mediali totam medialem.

Prop: 97. Theor:) Quadratum reſidui ſecundum lineam rationalem applicatum: facit alterum latus reſiduum primum.

Prop: 98. Theor:) Quadratum reſidui me-

dialis primi applicatum rationali: facit alterum latus residuum secundum.

Prop: 99. Theor:) Quadratum residui medialis secundi applicatum rationali: facit alterum latus residuum tertium.

Prop: 100. Theor:) Quadratum lineæ minoris, applicatum rationali: facit alterum latus residuum quartum.

Prop: 101. Theor:) Quadratum lineæ cum rationali superficie facientis totam medialẽ, applicatum rationali, facit alterum latus residuum quintum.

Prop: 102. Theor:) Quadratum lineæ cũ mediali superficie facientis totam medialem, applicatum rationali, facit alterum latus residuum sextum.

Prop: 103. Theor:) Linea recta commensurabilis residuo longitudine: est & ipsa residuum, & eiusdem ordinis.

Prop: 104. Theor:) Linea commensurabilis residuo mediali, & ipsa residuum mediale est, & eiusdem ordinis.

Prop: 105. Theor:) Linea commensurabilis lineæ minori, & ipsa linea minor est.

Prop:

Prop: 106. *Theor:*) *Linea commensurabilis lineæ cum rationali superficie facienti totam medialem, est & ipsa linea cum rationali superficie faciens totam medialem.*

Prop: 107. *Theor:*) *Linea commensurabilis lineæ cum mediali superficie facienti totam medialem, commensurabilis est, & ipsa cum mediali superficie faciens totam medialem.*

Prop: 108. *Theor:*) *Si auferatur de superficie rationali superficies medialis, linea quæ reliquam superficiem potest: est alterum ex duabus irrationalibus, aut residuum, aut linea minor.*

Prop: 109. *Theor:*) *Si auferatur à superficie mediali rationalis superficies, aliæ duæ irrationales: fiunt aut residuum mediale primum, aut cum rationali superficie faciens totam medialem.*

Prop: 110. *Theor:*) *Si auferatur à mediali superficies medialis incommensurabilis toti: fiunt reliquæ duæ irrationales, aut residuum mediale secundum, aut cum mediali superficie faciens totam medialem.*

Prop: 111. Theor:) Linea quæ residuum dicitur, non est eadem cum ea, quæ binomium appellatur.

Prop: 112. Theor:) Quadratum lineæ rationalis applicatum binomio, facit alterum latus residuum, cuius nomina sunt commensurabilia binomij nominibus, & ei eadem proportione: præterea id quod fit residuum, eundem ordinem retinet, quem binomium.

Prop: 113. Theor:) Quadratum lineæ rationalis applicatum residuo: facit alterum latus binomium, cuius nomina sunt commensurabilia nominibus residui, & in eadem proportione: præterea id quod fit binomium, est eiusdem ordinis, cuius & residuum.

Prop: 114. Teeor:) Si superficies continetur residuo & binomio, cuius nomina sunt commensurabilia nominibus residui, & in eadem proportione, linea quæ illam superficiem potest, est rationalis.

Prop: 115. Theor:) Ex linea mediali nascuntur innumerabiles lineæ irrationales, quarum nulla cum ante dictis sit eadem.

Prop: 116. Theor:) Propositum nobis sit demon-

demonſtrare in figuris quadratis diametrum eſſe longitudine incõmenſurabilem ipſi lateri.

Finis Decimi Libri.

EVCLIDIS ELEMENTORUM vndecimus, & Stereometriæ primus.

Definitiones.

CORpus ſolidum eſt, quod habet longitudinem, latitudinem, & profunditatem.

Corporis ſolidi extremitas eſt ſuperficies.

Linea recta ad planum aliquod dicetur eſſe erecta, quando illa linea recta ad omnes quæ eam tangunt, & in eodem ſubiecto plano exiſtunt rectas: fecerit angulos rectos.

Planum ad alterum planum erit erectum, quando lineæ rectæ ad angulos rectos ductæ in communi planorum interſectione in altero planorum, reliquo plano ad angulos rectos fuerint.

Lineæ rectæ ad planum inclinatio erit, quando à puncto ſublimi ad ipſum planum ducta fuerit lineæ rectæ perpendicularis, & à

puncto

puncto facto, atq; extremitate vna lineæ rectæ in plano ducatur linea recta, angulus inquam ille acutus, quem continent linea recta ducta, & recta linea perpendicularis.

Plani inclinatio ad planum erit angulus acutus, quem continent lineæ rectæ ad angulos rectos ductæ in communi sectione, ad vnũ idemq; punctum in vtroq; plano.

Planum ad aliud planum similiter inclinatum esse dicitur, & aliud quoddam planum ad aliud planum; quando anguli inclinationum fuerint æquales inter se.

Plana æquedistantia sunt, quæ nunquam concurrunt.

Figuræ solidæ similes sunt: quæ continentur planis similibus, & numero æqualibus.

Æquales verò et similes figuræ solidæ sunt, quæ planis continentur similibus, æqualibus numero, & magnitudine.

Angulus solidus est plurium quàm duarum linearum rectarum sese mutuò tangentium, & in vno plano minimè existentium ad omnes lineas inclinatio. Aliter.

Angulus solidus est, qui plurib. quã duobus an-

bus angulis planis continetur, qui non in eode̅ sunt plano, & ad vnu̅ constituu̅tur punctum.

Pyramis est figura solida planis contenta, quæ constituitur ex vno plano ad vnum aliquod punctum.

Prisma est figura solida planis contenta, quorum duo opposita æqualia & similia atque æquedistantia sunt, reliqua verò parallelogramma.

Sphæra est figura solida, quæ fit quando manente semicirculi diametro, ipse semicirculus circumducitur, donec in eundem restituatur locum, vnde cœperat moueri.

Axis sphæræ est linea recta fixa manens circa quam semicirculus voluitur.

Centrum verò sphæræ est illud ipsum quod & semicirculi.

Diameter sphæræ est, linea recta per centrum ducta, quæ terminatur ex vtraq; parte sphæræ circumferentia.

Conus est figura solida, quæ fit quando manente alicuius trianguli rectanguli latere vno, ex ijs quæ angulum continent rectum, ipse triangulus circumducitur & restituitur in

locum

locum vnde cœperat moueri, quod si igitur linea recta manens fuerit æqualis, reliquo lateri circumducto, & angulum rectum continenti: tum conus erit rectangulus, si verò minor, amblygonius: si deniq; maior, oxygonius.

Axis coni est recta illa manens, circa quã voluitur triangulus.

Basis eius circulus, qui describitur per lineam rectam, quæ circumducitur.

Cylindrus est figura solida, quæ fit quando parallelogrammi alicuius rectanguli vno ex lateribus quæ angulum continent rectum manente, ipsum parallelogrammon circunducitur, donec in eundem restituatur locum, vnde cœperat moueri.

Axis cylindri est linea recta, quæ immobilis permanet, & circa quam ipsum vertitur parallelogrammon.

Basis verò circuli illi, qui describitur à duobus oppositis lateribus, quæ circumuoluuntur.

Similes coni & cylindri sunt, quorum & axes & diametri, basium proportionales sunt.

Cubus est figura solida sex æqualibus quadratis contenta.

Tetra-

Tetraedron est figura solida, quæ quatuor triangulis æqualibus, & æqualium laterum existentibus continetur.

Octaedron est figura solida, quæ octo triangulis æqualibus, & æqualium laterum existentibus, continetur.

Dodecaedron est figura solida duodecim pentagonis æqualibus, & æqualium laterum, & angulorum æqualium continetur.

Ecosaedron est figura solida, quæ viginti triangulis æqualibus, & æqualium laterum continetur.

Propositiones.

Prop: 1. Theor:) Pars alicuius lineæ non erit in plano subiecto, & eiusdem alia pars in sublimi.

Prop: 2. Theór:) Si duæ rectæ lineæ sese secant, erunt illæ in eodem plano, & omnis triangulus in vno est plano.

Prop: 3. Theor:) Si duo plana sese mutuò secant, communis illorũ sectio est linea recta.

Prop: 4. Theor:) Si recta linea duabus rectis sectis sese mutuò secantib. fuerit ad angulos rectos ducta, et ad cõmunẽ intersectionẽ

consti-

conſtituta: erit etiam ei plano ad angulos rectos conſtituta: quod per ipſos ducitur.

Prop: 5. Theor:) Si recta linea tribus rectis ſeſe mutuò tangentibus ad angulos rectos in communi ſectione fuerit cõſtituta: illæ tres lineæ rectæ in vno eodemq; ſunt plano.

Prop: 6. Theor:) Si duæ lineæ rectæ in eodem plano ad angulos rectos fuerint conſtitutæ: illæ rectæ æqüediſtantes inter ſe erunt.

Prop: 7. Theor:) Si fuerint duæ lineæ rectæ æquediſtantes: ſumantur autem in vtraque illarum quæuis puncta: recta quæ duo iſta puncta coniungit: in eodem plano eſt cum lineis æquediſtantibus.

Prop: 8. Theor:) Si duæ lineæ rectæ æquediſtantes fuerint, & altera illarum, alicui plano ad angulos rectos fuerit: etiam reliqua eidem plano ad angulos rectos erit.

Prop: 9. Theor:) Quæ eidem lineæ rectæ æquediſtantes ſunt, & non fuerint cum ipſa in eodem plano: etiam inter ſe æquediſtantes erunt.

Prop: 10. Theor:) Si duæ lineæ rectæ ſeſe mutuò tangentes: fuerint poſitæ ad duas lineas ſeſe

as seſe mutuò tangenies non in eodem plano: æquales continebunt angulos.

Prop: 11. prob:) A dato puncto in ſublimi exiſtente, ad ſubiectum planum perpendicularem lineam rectam ducere.

Prop: 12. prob:) Dato plano à puncto quod in eo eſt: lineam rectam ad angulos rectos ductam erigere.

Prop: 13. prob:) Dato plano à puncto quod in eo eſt, duæ rectæ lineæ ad angulos rectos non erigentur in easdem partes.

Prop: 14. Theor:) Ad quæcunque plana eadem linea recta, eſt recta, ſeu ad angulos rectos ducta: ea plana inter ſe æquediſtantia ſunt.

Prop: 15: Theor:) Si duæ rectæ ſeſe mutuò tangentes, ad duas alias ſeſe mutuò tangentes, non fuerint in eodem plano, plana quæ per ipſa ducuntur, ſunt æquediſtantia.

Prop: 16. Theor:) Si duo plana æquediſtantia apud quoddam planum ſecet: communes eorum ſectiones æquediſtantes ſunt.

Prop: 17. Theor:) Si duas rectas ſecant

duo plana æquedistantia: in easdem illas secabunt rationes.

Prop: 18. Theor:) Si recta quædam cuidã plano fuerit ad angulos rectos constituta: etiam omnia plana quæ per ipsa ducuntur, eidem plano ad angulos rectos erunt.

Prop: 19. Theor:) Si duo plana sese mutuò secantia, cuidam plano fuerint ad angulos rectos constituta: etiam communis illorum sectio, eidem plano, ad angulos rectos erit constituta.

Prop: 20. Theor:) Si angulus solidus tribus angulis planis continetur, duo ex illis quicunq; fuerint, maiores reliquo, quotunq; sumantur modo.

Prop: 21. Theor:) Omnis angulus solidus, continetur paucioribus quàm quatuor planis, ijsq; rectis angulis.

Prop: 22. prob:) Si fuerint tres anguli plani, quorum duo maiores sunt reliquo, quouis modo sumpti: eosq; contineant rectæ æquales: constitui potest triangulus ex rectis, quæ illas rectas æquales coniungunt.

Prop: 23. prob:) Ex tribus angulis planis,

nis, quorum duo maiores sunt reliquo, quocũq; sumãtur modo, angulum solidum constituere, oportet verò illos tres, quatuor rectis minores esse.

Prop: 24. Theor:) Si solidum aliquod continetur planis æquedistantibus: plana opposita huic solido, æqualia & parallelogramma sunt.

Prop: 25. Theor:) Si solidum parallelepipedon plano secetur, quod æquedistat planis oppositis: erit vt basis ad basin, sic solidum ad solidum.

Prop: 26. prob:) Ad datam rectam, & ad datum in ea punctum, dato angulo solido, æqualem angulum solidum constituere.

Prop: 27. Theor:) A data linea recta, dato solido parallelepipedo simile, & similiter positum solidum parallelepipedon describere.

Prop: 28. Theor:) Si solidum parallelepipedon plano aliquo secetur, tum & illud ipsum solidum secabitur in duas æquales partes à plano per lineas diagonales eorum planorum quæ opposita sunt.

Prop: 29. Theor:) Solida parallelepipeda

quæ ſuper eadem baſi ſunt conſtituta: & ſub eadem altitudine, quorum lineæ erectæ vel cõ ſtitutæ in eisdem ſunt lineis rectis: illa inter ſe ſunt æqualia.

Prop: 30. Theor:) Solida parallelepipeda ſuper eadem baſi conſtituta, & ſub eadem altitudine, quorum lineæ conſtitutæ, non ſunt in eisdem lineis rectis: æqualia inter ſe ſunt.

Prop: 31. Theor:) Solida parallelepipeda ſuper baſibus æqualibus conſtituta, & ſub eadem altitudine: illa ſunt æqualia inter ſe.

Prop: 32. Theor:) Solida parallelepipeda ſub eadem altitudine conſtituta: ſeſe habent, vt ipſæ baſes.

Prop: 33. Theor:) Similia ſolida parallelepipeda: ſeſe habent in ratione homologorum laterum triplicata.

Prop: 34. Theor:) Æqualium ſolidorum parallelepipedorum reciprocæ ſunt baſes altitudinibus. Et quorum ſolidorum parallelepipedorum reciprocæ ſunt baſes altitudinibus: illa æqualia inter ſe ſunt.

Prop: 35. Theor:) Si fuerint duo anguli plani æquales, & in illorum verticibus ſubli-

mes

mes constituantur lineæ rectæ, continentes cum lineis ab initio propositis angulos æquales alterum alteri: & in lineis sublimioribus sumantur quæuis puncta, à quibus ad plana, in quibus sunt anguli ab initio positi, ducantur perpendiculares: denique à iam factis punctis per ipsas perpendiculares in planis ad angulos, ab initio propositos ductæ fuerint lineæ rectæ: illæ cum lineis sublimioribus æquales augulos continent.

Prop: 36. Theor:) Si tres lineæ rectæ fuerint proportionales solidum parallelepipedon quod ex illis tribus rectis fit, est æquale solido parallepipedo æquilatero quod describitur à linea media, & æquales angulos habenti cum præcedente.

Prop: 37. Theor:) Si quatuor rectæ proportionales fuerint, etiam parallelepipeda similia & similiter descripta proportionalia erunt, & si solida parallelepipeda similia & similiter descripta proportionalia fuerint, etiam ipsæ lineæ rectæ proportionales erunt.

Prop: 38. Theor:) Si planum aliquod ad aliud planum fuerit erectum, & à puncto ali-

quo, quod in altero planorum est ad alterum planum ducatur perpendicularis: illa cadet in communem planorum sectionem.

Prop: 39. Theor:) Si solidi parallelepipedi latera planorum oppositorum fuerint secta in duas partes æquales: & per ipsas sectiones ducãtur plana: communis planorum sectio, & diameter solidi parallelepipedi sese mutuò secant in duas partes æquales.

Prop: 40. Theor:) Si fuerint duo prismata eiusdem altitudinis, quorum alterum basin habet parallelogrammon: alterum verò triangulum: atq; parallelogrammon sit trianguli duplum: illa duo prismata æqualia sunt.

Finis Libri Vndecimi.

EVCLIDIS LIBER DVODECIMUS Elementorum, & Stereometriæ secundus.

Propositio 1. Theorema.

Polygona similia quæ in circulis sunt: ad sese mutuò se habent, vt quadrata quæ à diametris describuntur.

Prop:

Prop: 2. Theor:) Circuli ita ſeſe mutuò habent, vt quadrata quæ à diametris deſcribuntur.

Prop: 3. Theor:) Omnis pyramis quæ baſin habet triangularem: diuiditur in pyramides æquales, & ſimiles inter ſe: habentes baſes triangulares, & ſimiles toti: atque duo priſmata æqualia, & duo illa priſmata maiora ſunt, quàm dimidium totius pyramidis.

Prop; 4. Theor:) Si fuerint duæ pyramides eiusdem altitudinis, habentes baſes triangulares, vtraq; diuidetur in duas pyramides æquales inter ſe, & ſimiles toti, atq; duo priſmata æqualia, & ex iam factis pyramidibus vtraque eodem modo diuidatur, & illud ſemper fiat: erit vt vnius pyramidis baſis ad alterius pyramidis baſin, ſic omnia priſmata quæ in vna pyramide ſunt ad omnia priſmata æqualia numero alterius pyramidis.

Prop: 5. Theor:) Pyramides quæ eiusdem ſunt altitudinis, & baſes habẽt triangulares: ita ſe habent vt baſes.

Propoſit: 6. Theor:) Pyramides quæ eius-

dem ſunt altitudinis, et polygonas habent baſes, ita ſe habent vt baſes.

Prop: 7. Theor:) Omne priſma triangularem habens baſin, diuiditur in tres pyramides inter ſe æquales, habentes baſes triangulares.

Prop: 8. Theor:) Pyramides ſimiles, & triangulares baſes habentes, proportionem laterum homologorum habent triplicatam.

Prop: 9. Theor:) Piramidum æqualium, & triangulares baſes habentium, reciprocæ ſunt baſes altitudinibus. & quorum pyramidum triangulares baſes habentium reciprocæ ſunt baſes ipſis altitudinibus: illæ ſunt æquales.

Prop: 10. Theor:) Omnis conus, tertia cylindri pars eſt eius nempe, cum quo eandem baſin habet, & altitudinem æqualem.

Prop: 11. Theor:) Coni & Cylindri qui ſub eadem ſunt altitudine, ſeſe mutuò habent, vt ipſæ baſes.

Prop: 12. Theor:) Similes coni, & cylindri triplicatam habent diametrorum quæ in baſibus ſunt, rationem.

Prop:

Prop: 13. Theor:) Si cylindrus plano fuerit sectus æquedistanti planis oppositis, erit vt cylindrus ad cylindrum, ita axis ad axem.

Prop: 14. Theor:) Coni & Cylindri habentes bases æquales, sese mutuo habent vt altitudines.

Prop: 15. Theor:) Æqualium conorum & cylindrorum reciprocæ sunt bases altitudinibus: & quorum conorum atq; cylindrorũ reciprocæ sunt bases altitudinibus: illi æquales sunt.

Prop: 16. prob:) Datis duobus circulis, qui æque eodem centro descripti sunt, in maiorem circulum polygonon æquilaterum & parium laterum inscribere, quod minorem circulum non tangat.

Prop: 17. prob:) Datis duabus sphæris ex vno eodemq; centro descriptis in sphæram maiorem inscribere polygonon, quod superficiem minoris sphæræ non tangat.

Prop: 18. Theor:) Sphæræ suorum diametrorum rationem habent triplicatam.

Finis Duodecimi Libri.

EVCLIDIS LIBER DECIMUS tertius, & Stereometriæ tertius.

Prop: 1. Theorema.

SI recta linea secta fuerit extrema & media ratione, maius segmentum dimidiam assumẽs totius partem: quintuplo plus potest, quàm quadratum quod à dimidio totius segmento describitur.

Prop: 2. Theor:) Si recta linea quintuplo plus potest sui ipsius segmenti diuisi extrema & media ratione: maius segmentum erit reliqua pars ab initio propositæ lineæ rectæ.

Prop: 3. Theor:) Si recta linea extrema & media ratione secetur, minus segmentum verò assumat dimidium maioris segmenti quintuplo plus potest, quàm quadratum quod à maioris segmenti dimidio describitur.

Prop: 4. Theor:) Si recta linea extrema & media ratione fuerit secta, quadratum à tota descriptum, & à minore segmento illa duo quadrata tripla sunt quadrati à maiore segmento descripti.

Prop:

Prop: 5. Theor:) Si recta linea extrema & media ratione secetur, eiq; apponatur recta maiori segmento æqualis: tota illa recta extrema & media ratione secta erit, & segmentum maius est linea recta ab initio proposita.

Prop: 6. Theor:) Si recta rationalis extrema & media ratione secetur, vtrũq; segmentum irrationale est, qnod vocatur residuum.

Prop: 7. Theor:) Si alicuius pentagoni tres anguli siue contigui sint, siue non contigui: fuerint inter se æquales, tum illud pentagonon æqualium erit angulorum.

Prop: 8. Theor:) Si pentagoni alicuius quod latera habet æqualia, & angulos æquales, angulos duos contiguos subtendant rectæ: illæ extrema & media ratione seſe secant, & maiora illorum segmenta, sunt æqualia lateri ipsius pentagoni.

Prop: 9. Theor:) Si hexagoni & decagoni in eundem circuli inscriptorum latera componantur: tota linea recta erit extrema, & media ratione secta, & maius segmentum est latus hexagoni.

Prop:

Prop: 10. Theor:) Si in circulum pentagonon æquilaterum inſcribatur, tum pentagoni latus poteſt latus hexagoni & decagoni, quæ in eundem inſcripta ſunt circulum.

Prop: 11. Theor:) Si in circulum qui diametrũ habet rationalem, inſcribatur pentagonon æquilaterum, tum pentagoni latus irrationale eſt, & vocatur minor.

Prop: 12. Theor:) Si in circulum inſcribatur triangulus æquilaterus, tum trianguli latus potentia triplum eſt lineæ ex centro circuli ductæ.

Prop: 13. prob:) Pyramidem conſtituere, & ſphęræ datæ includere, atque demonſtrare quod diameter ſphęræ potentia ſeſquialtera eſt lateris ipſius pyramidis.

Prop: 14. prob:) Octaedron conſtituere, et ſphęræ includere, in qua et pyramidem: atq; demonſtrare quod diameter ſphęræ potentia dupla ſit lateris octaedri.

Prop: 15. prob:) Cubũ conſtituere, & ſphęræ ei includere, cui & præcedentia, ac demonſtrare, quod diameter ſphęræ potentia ſit tripla lateris cubici.

Prop:

Prop: 16. prob:) Eicoſaedron conſtituere, & ſphæræ includere, cui & præcedẽtes includimus, ac demonſtrare, quod latus Eicoſaedri irrationale ſit, quod vocatur minus.

Prop: 17. prob:) Dodecaedron conſtituere, & ſphæra circundare, qua & antecedentes figuras, ac demonſtrare quod dodecaedri latus irrationale ſit, quod vocatur reſiduum.

Prop: 18. prob:) Latera quinq; horum corporum regularium proponere, & inter ſe conferre.

Finis Libri Decimitertij.

EVCLIDIS ELEMENtorum geometriæ liber decimusquartus.

Propoſitio 1. Theorema.

QVæ ex centro alicuius circuli in pentagoni latus in eodem circulo deſcripti perpendicularis eſt acta, dimidia eſt ſimul vtriuſq;, & eius quæ ex centro, & eius quæ decagoni in eodem circulo deſcripti.

Prop: 2. Theor:) Idem circulus comprehendit

& dodecaedri quinquangulum, & icosaedri triangulum in eadem sphera descriptorum.

Prop: 3. Theor:) Si fuerit pentagonum æquilaterum & æquiangulum, & circum ipsum circulum, & ex centro perpendicularis in vnum latus acta fuerit, quod trigesies sub vno laterum & perpendiculari, æquum est ipsius dodecaedri superficiei.

Prop: 4. Theor:) Hoc demonstrato ostendendum est, quod erit vt vna dodecaedri superficies ad icosaedri superficiem, sic cubi latus ad icosaedri latus.

Finis libri decimiquarti.

EVCLIDIS ELEMENTORUM geometricorum liber decimus quintus.

Propositio 1. problema.

IN dato circulo pyramida describere.

Prop: 2. prop:) In data pyramide octaedron describere.

Prop: 3 prob:) In dato cubo octaedrum describere.

Prop:

Prop: 4. prob:) In dato octaedro cubum describere.

Prop: 5. prob:) In dato icosaedro dodecaedrum inscribere.

Finis libri decimi quinti.

EVCLIDIS OPTICA.

CVm ea quæ ad aspectum attinent, demonstraret, iucundas aliquot rationes adferebat, quibus concluderet: omnem lucem secundum rectas lineas ferri: huiusq; rei maximum argumentum dabat, tum vmbras è corporibus proiectas, tum radios per fenestras & rimas delatos: quorum nihil fieri videremus, vt nunc fit, nisi radij à Sole missi, in rectam lineam tenderent. Dicebat etiam, radios ab igne hoc nostro emissos, causam esse, cur obiecta quædam corpora partim illustrentur, partim vmbras iaciant, nunc æquales obiectis corporibus, nunc maiores, nunc minores. Atque æquales quidem vmbras ab ijs corporibus proijci dicebat, quæ æqualia essent splen-

didis

didis & lucentibus ignibus. In his enim accidere asserebat, vt & extremi radij fierent paralleli, & neq; concurrendo, vmbram minuerent, neque sese explicando, eam augerent, sed æquale esset obiectum corpus, talem vmbræ commensum radij illi seruarent. Minores verò sunt vmbræ corporibus, cùm lumina illustrantia maiora sunt: extremos enim radios concurrere, ob idq; vmbram minorem reddere contingit. Maiores denique sunt vmbræ obiectis corporibus, cùm illustrantia lumina, minora sunt. Accidit enim in his, vt extremi radij sese dilatent, & opacatam partem maiorem faciant. Quod fieri posse negabat, nisi radij, quos lumen proijcit, in rectam lineam tenderent. Sed id omnium clarissimè spectari potest in his, quæ ad id demonstrandum præcipuè comparata sunt. Si enim lucernæ cuipiam vt libet positæ, apponatur tabella, cui rimula per tenuem serrulam facta sit, ita vt rimula illa medio lucernæ respondeat, huic autem tabellæ ex altera eius parte, altera tabella propè admoueatur, in quam incidat radius per rimulam delatus, inueniemus ra-

mus radium illum, qui per prioris tabellæ rimulam in posteriorem tabellam fertur, rectis omnino lineis contineri: eum quoque qui medium lucernæ, & rimulam tabellæ connectit, in eadem esse recta linea. Itaque cum omnem lucem ferri in rectam lineam, euidens cuilibet & exploratum sit, inde se ad aspectus explicationem conuertens, concedendum censuit, vt radij ab oculo manantes, in rectam lineam ferrentur, ita tamen, vt alij ab aliis interuallo aliquo distarent: Ex quo fieri dicebat, vt nullum aspectabile simul totum spectaretur, hanc rationem adferens: Sæpenumero enim acu aut alio eiusmodi corpusculo aliquo in terram delapso, cùm plerique illud studiosius quererent, eodem modo sæpius frustra quæsiuerunt, cùm nihil impediret, quò minus corpusculum, quod quærebant, cernerent. Et tamen paulò post, cùm oculos in eum locum conijcerent, in quo erat illud corpusculum, acum viderunt. Ex quo constat, cùm corpusculum ipsum in terram delapsum non cernatur, neque locum ipsum, in quo illud collatum erat, cerni: ideoq; non omnes partes loci sub-

iecti oculo ſpectantis, videri. Si enim omnes loci partes cernerentur, ipſum quoq; corpuſculum, quod diſquiritur, cerneretur. atqui id non cernitur. Quinetiam conuerſus ad eos, qui intentis oculis libros inſpiciunt, aſſeruit ne hos quidem videre poſſe omnes literas vniuſ paginæ, eò quòd ſæpè coacti literas quaſdam rarò & ſparſim ſcriptas oſtendere, id non poſſent, propterea quod oculorum radij non ad ſingulas literas feruntur, nec continui & coniuncti inter ſe ſunt, ſed aliquo interuallo alij ab alijs diſtant: atque ideo pleraſque obiectarum literarum non cernunt. Ex quo patet, fore vt totus paginæ locus non videatur, hoc idem in alijs quæ videntur, vſu venit. Quocirca quæ cernuntur, ſimul tota non cernẽtur: exiſtimantur autem cerni propter niniam celeritatem radiorum nihil omittentium, id eſt, continuè & obiter per rem ſubiectam delatorum: nec ita ſalientium, vt aliquam partem intactam prætereant. Illud verò quod plerique dicunt, imaginem à re viſa ad oculum fluere, qua motus oculus rem viſam comprehendat, ita refellebat: Nam & de

corpu-

corpusculo quod disquirebatur, & de eo qui intentis oculis librum inspiceret, hanc dubitationem adferebat: Si visio fiat affluxu simulacrorum ad oculum, ab omniq; corpore simulacra continenter fluant, quæ nostrum sensum moueant, quî fit vt acum quærens, eam non videat, aut librum inspiciens, omnia elementa non cernat? idne ideo fit, quod mentem maioribus rebus intentam habeant? Atqui nihilò secus rationantur, dum rem quærunt, nec planè inueniunt: Et tamen sæpe dum alios alloquuntur, & mentem alijs rebus occupatam & distractam habent, citius repetunt. At (inquiunt) non omnia simulacra in visum confluunt. Vnde igitur fit (inquam) vt quædam non influant, sed potius excludantur? Enimuerò dicebat Euclides, naturam in animalibus, sentiendi iustrumenta ita fecisse, vt eorum quædam ad recipiendum accommodata essent, quædam non. Auditum quippe, gustatum, & odoratum intus caua fecit, vt inciperent corpora venientia extrinsecus, quæ hos sensus mouerent: Vox enim ad aditum applicans, locum ido-

neum reperire debuit, vt in eo aliquandiu maneret, ne si statim post applicationem inde resiliret, sensum immotum redderet, vocemq; delatam confunderet. Eadem ratione odoratum cauum fecit natura: Nam de gustatu, quid dicere attinet? Concaui ergo & cauernæ instar à natura facti sunt hi sensus, vt eis adhibita corpora diutius immorentur. Quamobrem si in visione, corpora visum mouentia ad visum potius accedant extrinsecus, quàm vt oculus aliquid ex se emittat, deberet ipse oculus cauus esse, vt ad receptionem simulacrorum esset commodior. Id autem aliter se habere constat: Globosum enim esse oculum, perspicuum est. Hæc igitur in præsentia ei sufficere visa sunt, vt cõfirmaret, radios effusos & emissos esse, qui videndi affectum moueant. Porrò vt ostenderet circumferẽtias in eadem superficie cum visu positas, rectas lineas oculo videri, has rationes adferebat: Quia visus in eodem plano positus, in quo est res spectata, talem habet situm, vt neq; sublimior sit quàm res quæ spectatur, neq; depressior (id enim est esse in eodem plano) Si ergo

visus

visus neq; sublimior, neq; humilior sit, quàm circumferentia, quæ in eodem plano describitur: radios igitur proijcit non sublimiores quidem ad has circumferentiæ partes, depressiores verò ad illas: sed radios omnes per planum delatos æqualiter ad omnes circumferentiæ partes emittit, vt eadem causa sit, cur & planum, in quo est oculus, rectæ lineæ speciem habeat, & circumferentia in eodem plano descripta. Planum enim, quod rectæ lineæ instar ad oculum ponitur, id est, quod productũ secat centrum oculi, ipsum quidem cerni non potest, propterea quòd nullus radiorum ab oculo emissorum in illud cadit: eius verò extremum cernitur, quod est recta linea. Id verò ideo dicit: quia ea linea, quæ oculo obiecta manet, reliquis plani partibus officiens, prohibet planum cerni. Eadem verò causa, quæ efficit vt planum, quod in rectam lineam ad oculum positum est, recta linea esse videatur, efficit etiam vt circumferentiarum in eodem plano iacentium, in quo est oculus, partim maiores appareant, cùm plures radij ad eas applicant: partim æquales, cùm æquales: partim mino-

res, cùm illi veluti radiorum anguli, qui ad oculum fiunt, minores sunt.

1. Ponatur ergo, radios ab oculo emissos, in rectam lineam ferri, aliquoq; interuallo inter se distare.
2. Item, figuram à radijs comprehensam, esse conum, qui verticem habeat in oculo, basim verò in extremis rerũ visarum.
3. Item, ea cerni, ad quæ radij perueniunt.
4. Item, ea non cerni, ad quæ radij non perueniunt.
5. Item, quæ sub maiore angulo cernuntur, maiora existimari.
6. Item, quæ sub minore angulo cernuntur, minora putari.
7. Item, quæ sub æquali angulo cernuntur, æqualia existimari.
8. Item, quæ à sublimioribus radijs vidẽtur: sublimiora apparere.
9. Quæ verò à depressioribus, depressiora.
10. Item, quæ à dexterioribus radijs spectantur, dexteriora apparere.
11. Quæ verò à sinisterioribus, sinisteriora.

Item,

12. *Item, quæ sub pluribus angulis spectantur, accuratius videri.*

Hæc igitur à nobis posita sunt, è quibus sequentia theoremata demonstrentur.

PROPOSITIONES.

Prop: 1. Theor:) Nullum aspectabile simul totum cernitur.

Prop: 2. Theor:) Æqualium magnitudinum inter se distantium, quæ propius positæ sunt, accuratius cernuntur.

Prop: 3. Theor:) Aspectabilium quotlibet certam habet interualli longitudinem, qua expleta, iam non cernitur.

Prop: 4. Theor:) Æqualium interuallorum in eadem recta linea collocatorum, quæ è longiore interuallo spectantur, minora apparent.

Prop: 5. Theor:) Æquales magnitudines inæqualiter distantes, inæquales apparent, & perpetuò maior, quæ propius ad oculum posita est.

Prop: 6. Theor:) Parallela interualla e-

minus ſpectata, inæqualis latitudinis apparent.

Prop: 7. Theor:) Magnitudines æquales in eadem recta linea procul à ſe poſitæ, inæquales apparent.

Prop: 8. Theor:) Æquales magnitudines inæqualiter ab oculo diſtantes, nõ ſeruant eandem rationem angulorum, quàm diſtantiarum.

Prop: 9. Theor:) Rectangulæ magnitudines eminus ſpectatæ, rotundæ apparent.

Prop: 10. Theor:) Planorum oculo ſubiectorum, quæ remotiora ſunt: ſublimiora apparent.

Prop: 11. Theor:) Planorum oculo ſublimiorum, quæ remotiora ſunt: depreſſiora apparent.

Prop: 12. Theor:) Eorum quæ in anteriorem partem longitudinem habent: dextra læuorſum: & læua dextrorſum educi videntur.

Prop: 13. Theor:) Æqualium magnitudinum ſub oculo poſitarum, quæ remotiores ab oculo ſunt: ſublimiores apparent.

Prop: 14. Theor:) Æqualium magnitu-

dinum

dinum oculo ſublimiorum, quæ remotiores ſunt: humiliores apparent.

Prop: 15. Theor:) Magnitudinum oculo ſubiectarum, quarum altera alteram excedit, oculo quidem ad eas accedente, excessus quo maior minorem ſuperare videtur, maior apparet: recedente verò minor.

Prop: 16. Theor:) Magnitudinum oculo ſublimiorum, quarum altera alteram excedit, oculo ad eas accedente, excessus quo maior minorem ſuperat: minor videtur: recedente verò multò maior.

Prop: 17. Theor:) Magnitudinum, quarum altera alteram excedit, oculi radio ad inferioris verticem perpendiculariter incedente: maior minorem ſemper excedere videtur æquali exceſſu, ſiue oculus accedat, ſiue recedat.

Prop: 18. Theor:) Datam altitudinem, cognoſcere quanta ſit.

Prop: 19. Theor:) Cognoſcere quanta ſit data altitudo, alio modo, quàm per Solem.

Prop: 20. Theor:) Cognoſcere quanta ſit profunditas quælibet.

Prop: 21. Theor:) Datæ longitudinis quantitatem cognoscere.

Prop: 22. Theor:) In eodem plano, in quo est oculus, descripta circuli circumferentia, videbitur esse recta linea.

Prop: 23. Theor:) Quomodocunque sphæra vnico oculo spectetur, semper minus hemisphærio de ea cernetur: ea autem sphæræ pars, quæ cernitur, circulo comprehendi videtur.

Prop: 24. Theor:) Oculo propius ad sphæram accedente, minus de sphæra cernetur, quàm oculo procul posito: plus tamen cerni existimabitur.

Prop: 25. Theor:) Sphæra eminus spectata, videtur circulus.

Prop: 26, Theor:) Si sphæræ ambobus oculis conspectæ, diameter æqualis fuerit rectæ lineæ, qua oculorum alter ab altero distat: dimidium sphæræ cernitur.

Prop: 27. Theor:) Si oculorum interuallum maius sit sphæræ diametro, sphæræ pars quæ cernitur, maior hemisphærio videbitur.

Prop: 28. Theor:) Si oculorum interuallum minus sit sphæræ diametro, sphæræ pars

quæ

quæ cernitur, minor est hemisphærio.

Prop: 29. Theor:) Quomodocunq; columna vnico oculo cernatur, minus dimidia parte columnæ cernetur.

Prop: 30. Theor:) Pars columnæ quæ cernitur oculo ad columnam accedente, minor est quàm ea quæ cernitur oculo recedente, maior tamen existimatur.

Prop: 31. Theor:) Turbinis circularem basim habentis vno tantum oculo spectari, minus dimidia parte cernitur.

Prop: 32. Theor:) Oculo per idem planum propius ad turbinem accedente, maior turbinis pars cernetur, quàm oculo recedente: minor tamen aspectui apparebit.

Prop: 33. Theor:) Si ad turbinis circularem basin, ducantur ab oculo radij ipsam basin tangentes, & à punctis in quibus radij tangunt basin ducantur rectæ lineæ per turbinis superficiem, vsque ad eius verticem: per eas verò lineas & radios ab oculo ad basin turbinis procedentes, duo plana educantur, in quorum communi sectione oculus collocetur: turbinis pars spectata æqualis perpetuò videbitur.

Prop:

Prop: 34. Theor:) Oculo moto per lineam æquidistantem superficiei turbinis, si in sublime attollatur oculus, turbinis portio quæ cernitur, minor apparet: si verò oculus deprimatur, maior.

Prop: 35. Theor:) In circulo si à centro excitetur linea recta ad angulos rectos plano ipsius circuli, oculusq; in ea linea constituatur: dimetientes circuli æquales apparebunt.

Prop: 36. Theor:) In circulo, si oculus collocetur in summitate lineæ, quæ & semidiametro æqualis est, & ad planum inclinatur: dimetientes æquales apparebunt.

Prop: 37. Theor:) In circulo, si radius ab oculo in centrum tendens, neque rectus sit ad planum circuli, neq; æqualis semidiametro, nec angulos æquales contineat cum semidiametris, sed maior sit vel minor semidiametro: dimetientes inæquales apparebunt.

Ad horum demonstrationem præcognita esse oportet quæ sequuntur.

Si ab oculo in aëre posito cadant duæ rectæ lineæ, altera ad centrum circuli, quæ perpendicu-

existimabitur : quod autem subsequebatur, præcedere videbitur.

Prop: 53. Theor:) In æquali celeritate delatorum eò vorsum quo fertur oculus, ea quidem quæ æquè velociter ferùntur atque oculus, quiescere videntur oculo : quæ verò tardius, in contrariam partem moueri : quæ autem celerius, in præcedentia ferri apparent.

Prop: 54. Theor:) Si magnitudines aliquæ ad eandem partem ferantur, vna verò quiescat: ea quæ quiescit, in contrariam partem moueri videbitur.

Prop: 55. Theor:) Oculo ad rem visam accedente, res visa augeri videtur.

Prop: 56. Theor:) Æquali celeritate delatorum, quæ longius distant, tardius ferri videntur.

Prop: 57. Theor:) Oculo celeriter moto, res spectatæ procul positæ, relinqui videntur.

Prop: 58. Theor:) Magnitudines auctæ, propius ad oculum accedere existimantur.

Prop: 59. Theor:) Quæ neque æqualiter ab oculo absunt, neque extrema extremis, & media mediis parallela habent, neque in recta

linea

Prop: 41. Theor:) Si magnitudo ſublimè poſita recta ſit ad ſubiectũ planum, ponaturq́, oculus in pũcto aliquo plani illius, circa quod tanquam circa circuli centrum ſeſe verſet ſpectata magnitudo: ea ſemper æqualis apparebit.

Prop: 42. Theor:) Si ſpectata magnitudo recta ſit ad ſubiectum planum, oculus autem vectetur in circumferentia circuli, cuius centrum ſit punctum illud, in quo erecta magnitudo tangit planum: ſpectata magnitudo ſemper æqualis apparebit.

Prop: 43. Theor:) Si oculo poſito in centro circuli, magnitudo quæ ad circuli planum recta non ſit, in circuli circumferentia vectetur: ſemper inæqualis apparebit.

Prop: 44. Theor:) Eſt aliquis locus, vbi manente oculo, res ſpectata è loco in locum mutata: æqualis ſemper apparet.

Prop: 45. Theor:) Eſt aliquis locus, vbi aſpectabili manente, oculo verò translato, aſpectabile ſemper æquale apparet.

Prop: 46. Theor:) Eſt aliquis locus, ad quem ſi oculus transferatur, rem aſpectabilem

immo-

immotam, nunc maiorem, nunc minorem existimabit.

Prop: 47. Theor:) Idem accidet si linea, per quam transit oculus, parallela sit spectatæ magnitudini.

Prop: 48. Theor:) Est aliquis locus communis, vnde æquales magnitudines, inæquales apparent.

Prop: 49. Theor:) Est aliquis locus communis, vnde inæquales magnitudines, æquales apparent.

Prop: 50. Theor:) Sunt quædam loca, è quibus spectata vna magnitudo, ex duabus inæqualibus inter se additis composita, vtrinque inæqualium æqualis apparet.

Prop: 51. Theor:) Inuenire loca, ex quibus eadē magnitudo appareat dimidia, aut quarta parte minor, & omnino in data ratione, secundum quam secatur angulus.

Prop: 52. Theor:) Æquali celeritate delatorum, & in recta linea positorum, prope oculum, vltimum reliqua omnia præcedere videbitur, facto autem transitu in contrarias partes, quod antea præcedebat subsequi existi-

dicularis non sit plano circuli, altera verò quæ perpendicularis sit circuli plano: & à puncto in quod cadit perpendicularis, connectatur recta linea ad centrum circuli: angulus comprehensus sub hac linea, & ea quæ à centro ad oculum ducta est, minor est omnium angulorum contentorum sub linea ab oculo ad centrum ducta, & lineis per centrum ductis.

Prop: 38. Theor:) In circulo, si radius ab oculo in centrum tendens, & inæquales angulos comprehendens, cum diuersis diametris non sit rectus ad planum circuli, sed sit maior semidiametro, dimetientes inæquales apparebunt: & ea maior videbitur, ad quam radius ab oculo ad centrum tendens, est perpendicularis.

Prop: 39. Theor:) Quod si ab oculo ad centrum connexa recta linea, non fuerit maior semidiametro, sed minor, contrarium diameteris eueniet: quæ enim antea maior videbatur, nunc minor apparebit: & quæ minor, maior,

Prop: 40. Theo:) Currum rotæ nunc circulares, nunc oblongæ apparebunt.

Prop:

linea sunt: totam figuram faciũt nunc cauam, nunc conuexam.

Prop: 60. Theor:) Si ab intersectione diametrorum quadrati excitetur linea recta ad planum quadrati, & in ea ponatur oculus: quadrati diametri, & latera æqualia apparebunt.

Prop: 61. Theor:) Quòd si radius ab oculo in diametrorum intersectionem ductus, neque rectus sit ad planum quadrati, neq; æqualis alterutri semidiametrorum quadrati, neq; æquales angulos contineat cum ipsis semidiametris, inæquales apparebunt diametri.

Finis Opticorum Euclidis.

Euclidis Catoptrica.

1. *Ponamus radium esse rectam lineam, cuius media omnia extremis officiant.*
2. *Item, omne aspectabile secundum rectam lineam cerni.*
3. *Item, si speculum collocetur in plano, cui ad rectos angulos altitudo aliqua erei-*

Eta sit, quam rationem habet linea interiecta inter spectatorem & speculum, ad lineam interiectam inter speculum & erectam altitudinem: eandem rationem habere spectatoris altitudinem, ad altitudinem Consistentem ad rectos angulos ei plano, in quo est speculum.

4. *Item, in planis speculis, oculo posito in eo speculi loco, in quem cadit perpendicularis ducta à re aspectabili ad speculū, rem aspectabilem non cerni.*

5. *Item, in conuexis speculis oculo occupante locum, per quem à re aspectabili ad centrum sphæræ linea recta ducetur, rem aspectabilem non cerni.*

6. *Idemq; in concauis speculis fieri.*

7. *Item, si res aliqua in vas inijciatur, & ab oculo remoueatur vas ipsum, quoad res in fundo vasis posita cerni non possit, eam visum iri ab eadem remotione, si aqua in vas infundatur.*

Propositiones.

Prop: 1. Theor:) A speculis planis conue-

xis

xis & cauis, radij ad æquales angulos reflectuntur.

Prop: 2. Theor:) Si radius in qualecunq; ſpeculum cadens, æquales faciat angulos, ipſe in ſe ipſum reflectetur.

Prop: 3. Theor:) Radius in qualecunque ſpeculum cadens, angulosq; inæquales faciens, neque in ſeipſum reflectetur, neque verſus minorem angulum.

Prop: 4. Theor:) Radij planis conuexisq; ſpeculis reflexi, neq; mutuò concurrent, neque erunt paralleli.

Prop: 5. Theor:) In concauis ſpeculis ſi oculum colloces, aut in centro, aut in circumferentia, aut extra circumferentiam, id eſt, inter centrum & circumferentiam, radij reflexi concurrent.

Prop: 6. Theor:) In cauis ſpeculis, ſi inter centrum & circunferentiam colloces oculum: radij reflexi interdum non concurrent.

Prop: 7. Theor:) Altitudines & profunditates in planis ſpeculis euerſæ apparent.

Prop: 8. Theor:) Altitudines & profunditates, in conuexis ſpeculis euerſæ apparent;

Prop: 9. Theor:) Obliquæ longitudines in planis ſpeculis, vt re ipſa ſe habent, ita apparent.

Prop: 10. Theor:) Obliquæ longitudines in conuexis ſpeculis: in eodem ſitu apparent, in quo reuera ſunt.

Prop: 11. Theor:) In cauis ſpeculis ſublimitates & profunditates quæ ſunt intra concurſum radiorum, euerſæ apparent, vt in planis ſpeculis: quæ autem ſunt extra concurſum, apparent vt re ipſa ſe habent.

Prop: 12. Theor:) In cauis ſpeculis obliquæ longitudines intra concurſum radiorum poſitæ, apparent vt ſunt: quæ autem extra concurſum ſunt: euerſæ apparent.

Prop: 13. Theor:) Res eanem cerni poteſt per plura ſpecula plana.

Prop: 14. Theor:) Fieri poteſt vt eadem res ſpectetur per quotlibet plana ſpecula: Oportet autem deſcribere polygonum æquilaterũ & æquiangulum, quod duobus lateribus excedat numerum ſpeculorum.

Prop: 15. Theor:) Fieri etiam poteſt, vt eadem res ſpectetur per quotlibet ſpecula conuexa & concaua.

Prop:

Prop: 16. Theor:) Aſpectabile quodlibet in planis ſpeculis cernitur: in perpendiculari ducta ab aſpectabili in ſpeculum.

Prop: 17. Theor:) In conuexis ſpeculis quodlibet aſpectabilium cernitur in linea recta ducta ab aſpectabili ad centrum eius ſphæræ, cuius portio eſt ipſum conuexum ſpeculū.

Prop: 18. Theor:) In cauis ſpeculis aſpectabilium quodlibet cernitur in recta linea ducta ab aſpectabili ad centrum ſphæræ, cuius portio eſt ipſum ſpeculum.

Prop: 19. Theor:) In planis ſpeculis dextra apparent ſiniſtra, & ſiniſtra dextra: itemq; ſimulacrum æquale apparet aſpectabili: ſimulacrum etiam & aſpectabile æqualiter diſtant à ſpeculo.

Prop: 20. Theor:) In conuexis ſpeculis ſiniſtra apparent dextra, & dextra ſiniſtra. & imago propius abeſt à ſpeculo, quàm aſpectabile.

Prop: 21. Theor:) In conuexis ſpeculis imagines ſunt minores aſpectabilibus.

Prop: 22. Theor:) In conuexis ſpeculis minoribus, minores imagines apparent.

Prop: 23. Theo:) In cõuexis ſpeculis, aſpectabiliũ imagines: plerunq; apparẽt conuexæ.

Prop: 24. Theor:) Si oculus ponatur in centro ſpeculi cõcaui, ſeipſum cernet tantùm.

Prop: 25. Theor:) In cauis ſpeculis ſi oculum colloces in circumferentia, aut extra circumferentiam, ipſe oculus non apparebit.

Prop: 26. Theor:) In ſpeculis concauis ſi à centro ad circumferentiam excites rectam lineam, quæ angulos rectos faciat cum eiusdem ſphærici ſpeculi producta diametro, & oculum ſtatuas ad alterutram partem: oculus nil cernet eorum, quæ ſunt in ea parte, in qua ipſe eſt: nihil (inquam) eorum cernet, quæ ſunt vel intra diametrum, vel extra diametrum, vel in ipſa diametro.

Prop: 27. Theor:) In concauis ſpeculis ſi oculi ita conſtituantur in dimetiente, vt vterq; à centro æqualiter diſtet, neuter oculorum cernetur.

Prop: 28. Theor:) Si caui ſpeculi ſemidiametrum bifariam ſeces, & à puncto ſectionis lineam ad angulos rectos vtrinque ducas, oculos autẽ ita colloces, vt æqualiter diſtet ab

cita-

excitata ſemidiametro: neuter oculorum cernetur, ſiue hi ſint inter diametrum & lineam ad angulos rectos ductam, ſiue in ipſa, quæ angulos rectos facit cum ſemidiametro.

Prop: 29. Theor:) Sin autẽ oculi extra diametrũ ponãtur, dextra apparebunt dextra, & ſiniſtra ſiniſtra, & ſimulacrum apparebit minus facie ipſa, inter faciem & ſpeculum.

Prop: 30. Theor:) Speculum eiuſmodi conſtrui poteſt, vt in eo plures facies appareant, quædã maiores, quædam minores, quædã propiores, quædã remotiores, & earũ dextræ partes à dextris, et ſiniſtræ à ſiniſtris apparẽt.

Prop: 31. Theor:) A concauis ſpeculis Soli oppoſitis, ignis accenditur.

Finis Catoptricorum.

Euclidis Muſica.

HArmonice eſt ſcientia contemplandi & exercendi concentũ. Eſt autẽ concentus id, quod certũ habet ordinẽ ex ſonis & interuallis cõpoſitũ. Harmonices verò partes ſunt ſeptem: De ſonis, de interuallis, de Generib. de conſtitutionibus, de Tonis, de mutatione, & de Μελοποιΐα.

minus ſpectata, inæqualis latitudinis apparent.

Prop: 7. Theor:) Magnitudines æquales in eadem recta linea procul à ſe poſitæ, inæquales apparent.

Prop: 8. Theor:) Æquales magnitudines inæqualiter ab oculo diſtantes, nõ ſeruant eandem rationem angulorum, quàm diſtantiarum.

Prop: 9. Theor:) Rectangulæ magnitudines eminus ſpectatæ, rotundæ apparent.

Prop :10. Theor:) Planorum oculo ſubiectorum, quæ remotiora ſunt: ſublimiora apparent.

Prop: 11. Theor:) Planorum oculo ſublimiorum, quæ remotiora ſunt: depreßiora apparent.

Prop: 12. Theor:) Eorum quæ in anteriorem partem longitudinem habent: dextra læuorſum: & læua dextrorſum educi videntur.

Prop: 13. Theor:) Æqualium magnitudinum ſub oculo poſitarum, quæ remotiores ab oculo ſunt: ſublimiores apparent.

Prop: 14. Theor:) Æqualium magnitu-

dinum

dinum oculo ſublimiorum, quæ remotiores ſunt: humiliores apparent.

Prop: 15. *Theor:*) *Magnitudinum oculo ſubiectarum, quarum altera alteram excedit, oculo quidem ad eas accedente, exceſſus quo maior minorem ſuperare videtur, maior apparet: recedente verò minor.*

Prop: 16. *Theor:*) *Magnitudinum oculo ſublimiorum, quarum altera alteram excedit, oculo ad eas accedente, exceſſus quo maior minorem ſuperat: minor videtur: recedente verò multò maior.*

Prop: 17. *Theor:*) *Magnitudinum, quarum altera alteram excedit, oculi radio ad inferioris verticem perpendiculariter incedente: maior minorem ſemper excedere videtur æquali exceſſu, ſiue oculus accedat, ſiue recedat.*

Prop: 18. *Theor:*) *Datam altitudinem, cognoſcere quanta ſit.*

Prop: 19. *Theor:*) *Cognoſcere quanta ſit data altitudo, alio modo, quàm per Solem.*

Prop: 20. *Theor:*) *Cognoſcere quanta ſit profunditas quælibet.*

Prop: 21. Theor:) Datæ longitudinis quantitatem cognoscere.

Prop: 22. Theor:) In eodem plano, in quo est oculus, descripta circuli circumferentia, videbitur esse recta linea.

Prop: 23. Theor:) Quomodocunque sphæra vnico oculo spectetur, semper minus hemisphærio de ea cernetur: ea autem sphæræ pars, quæ cernitur, circulo comprehendi videtur.

Prop: 24. Theor:) Oculo propius ad sphæram accedente, minus de sphæra cernetur, quàm oculo procul posito: plus tamen cerni existimabitur.

Prop: 25. Theor:) Sphæra eminus spectata, videtur circulus.

Prop: 26, Theor:) Si sphæræ ambobus oculis conspectæ, diameter æqualis fuerit rectæ lineæ, qua oculorum alter ab altero distat: dimidium sphæræ cernitur.

Prop: 27. Theor:) Si oculorum interuallum maius sit sphæræ diametro, sphæræ pars quæ cernitur, maior hemisphærio videbitur.

Prop: 28. Theor:) Si oculorum interuallum minus sit sphæræ diametro, sphæræ pars

quæ

quæ cernitur, minor est hemisphærio.

Prop: 29. Theor:) Quomodocunq; columna vnico oculo cernatur, minus dimidia parte columnæ cernetur.

Prop: 30. Theor:) Pars columnæ quæ cernitur oculo ad columnam accedente, minor est quàm ea quæ cernitur oculo recedente, maior tamen existimatur.

Prop: 31. Theor:) Turbinis circularem basim habentis vno tantum oculo spectari, minus dimidia parte cernitur.

Prop: 32. Theor:) Oculo per idem planum propius ad turbinem accedente, maior turbinis pars cernetur, quàm oculo recedente: minor tamen aspectui apparebit.

Prop: 33. Theor:) Si ad turbinis circularem basin, ducantur ab oculo radij ipsam basin tangentes, & à punctis in quibus radij tangunt basin ducantur rectæ lineæ per turbinis superficiem, vsque ad eius verticem: per eas verò lineas & radios ab oculo ad basin turbinis procedentes, duo plana educantur, in quorum communi sectione oculus collocetur: turbinis pars spectata æqualis perpetuò videbitur.

Prop:

Prop: 34. Theor:) Oculo moto per lineam æquidistantem superficiei turbinis, si in sublime attollatur oculus, turbinis portio quæ cernitur, minor apparet: si verò oculus deprimatur, maior.

Prop: 35. Theor:) In circulo si à centro excitetur linea recta ad angulos rectos plano ipsius circuli, oculusq; in ea linea constituatur: dimetientes circuli æquales apparebunt.

Prop: 36. Theor:) In circulo, si oculus collocetur in summitate lineæ, quæ & semidiametro æqualis est, & ad planum inclinatur: dimetientes æquales apparebunt.

Prop: 37. Theor:) In circulo, si radius ab oculo in centrum tendens, neque rectus sit ad planum circuli, neq; æqualis semidiametro, nec angulos æquales contineat cum semidiametris, sed maior sit vel minor semidiametro: dimetientes inæquales apparebunt.

Ad horum demonstrationem præcognita esse oportet quæ sequuntur.

Si ab oculo in aëre posito cadant duæ rectæ lineæ, altera ad centrum circuli, quæ perpendicu-

existimabitur : quod autem subsequebatur, præcedere videbitur.

Prop: 53. Theor:) In æquali celeritate delatorum eò versum quo fertur oculus, ea quidem quæ æquè velociter feruntur atque oculus, quiescere videntur oculo : quæ verò tardius, in contrariam partem moueri : quæ autem celerius, in præcedentia ferri apparent.

Prop: 54. Theor:) Si magnitudines aliquæ ad eandem partem ferantur, vna verò quiescat: ea quæ quiescit, in contrariam partem moueri videbitur.

Prop: 55. Theor:) Oculo ad rem visam accedente, res visa augeri videtur.

Prop: 56. Theor:) Æquali celeritate delatorum, quæ longius distant, tardius ferri videntur.

Prop: 57. Theor:) Oculo celeriter moto, res spectatæ procul positæ, relinqui videntur.

Prop: 58. Theor:) Magnitudines auctæ, propius ad oculum accedere existimantur.

Prop: 59. Theor:) Quæ neque æqualiter ab oculo absunt, neque extrema extremis, & media medijs parallela habent, neque in recta

linea

Prop: 41. Theor:) Si magnitudo sublimè posita recta sit ad subiectũ planum, ponaturq́, oculus in pũcto aliquo plani illius, circa quod tanquam circa circuli centrum sese vertet spectata magnitudo: ea semper æqualis apparebit.

Prop: 42. Theor:) Si spectata magnitudo recta sit ad subiectum planum, oculus autem vectetur in circumferentia circuli, cuius centrum sit punctum illud, in quo erecta magnitudo tangit planum: spectata magnitudo semper æqualis apparebit.

Prop: 43. Theor:) Si oculo posito in centro circuli, magnitudo quæ ad circuli planum recta non sit, in circuli circumferentia vectetur: semper inæqualis apparebit.

Prop: 44. Theor:) Est aliquis locus, vbi manente oculo, res spectata è loco in locum mutata: æqualis semper apparet.

Prop: 45. Theor:) Est aliquis locus, vbi aspectabili manente, oculo verò translato, aspectabile semper æquale apparet.

Prop: 46. Theor:) Est aliquis locus, ad quem si oculus transferatur, rem aspectabilem

immo-

immotam, nunc maiorem, nunc minorem existimabit.

Prop: 47. Theor:) Idem accidet si linea, per quam transit oculus, parallela sit spectatæ magnitudini.

Prop: 48. Theor:) Est aliquis locus communis, vnde æquales magnitudines, inæquales apparent.

Prop: 49. Theor:) Est aliquis locus communis, vnde inæquales magnitudines, æquales apparent.

Prop: 50. Theor:) Sunt quædam loca, è quibus spectata vna magnitudo, ex duabus inæqualibus inter se additis composita, vtrinque inæqualium æqualis apparet.

Prop: 51. Theor:) Inuenire loca, ex quibus eadē magnitudo appareat dimidia, aut quarta parte minor, & omnino in data ratione, secundum quam secatur angulus.

Prop: 52. Theor:) Æquali celeritate delatorum, & in recta linea positorum, prope oculum, vltimum reliqua omnia præcedere videbitur, facto autem transitu in contrarias partes, quod antea præcedebat subsequi existi-

dicularis non sit plano circuli, altera verò quæ perpendicularis sit circuli plano: & à puncto in quod cadit perpendicularis, connectatur recta linea ad centrum circuli: angulus comprehensus sub hac linea, & ea quæ à centro ad oculum ducta est, minor est omnium angulorum contentorum sub linea ab oculo ad centrum ducta, & lineis per centrum ductis.

Prop: 38. Theor:) In circulo, si radius ab oculo in centrum tendens, & inæquales angulos comprehendens, cum diuersis diametris non sit rectus ad planum circuli, sed sit maior semidiametro, dimetientes inæquales apparebunt: & ea maior videbitur, ad quam radius ab oculo ad centrum tendens, est perpendicularis.

Prop: 39. Theor:) Quod si ab oculo ad centrum connexa recta linea, non fuerit maior semidiametro, sed minor, contrarium diametris eueniet: quæ enim antea maior videbatur, nunc minor apparebit: & quæ minor, maior,

Prop: 40. Theo:) Currum rotæ nunc circulares, nunc oblongæ apparebunt.

Prop:

linea sunt: totam figuram faciũt nunc cauam, nunc conuexam.

Prop: 60. Theor:) Si ab intersectione diametrorum quadrati excitetur linea recta ad planum quadrati, & in ea ponatur oculus: quadrati diametri, & latera æqualia apparebunt.

Prop: 61. Theor:) Quòd si radius ab oculo in diametrorum intersectionem ductus, neque rectus sit ad planum quadrati, neq; æqualis alterutri semidiametrorum quadrati, neq; æquales angulos contineat cum ipsis semidiametris, inæquales apparebunt diametri.

Finis Opticorum Euclidis.

Euclidis Catoptrica.

1. *Ponamus radium esse rectam lineam, cuius media omnia extremis officiant.*
2. *Item, omne aspectabile secundum rectam lineam cerni.*
3. *Item, si speculum collocetur in plano, cui ad rectos angulos altitudo aliqua ere-*

cta sit, quam rationem habet linea interiecta inter spectatorem & speculum, ad lineam interiectam inter speculum & erectam altitudinem: eandem rationem habere spectatoris altitudinem, ad altitudinem Consistentem ad rectos angulos ei plano, in quo est speculum.

4. *Item, in planis speculis, oculo posito in eo speculi loco, in quem cadit perpendicularis ducta à re aspectabili ad speculũ, rem aspectabilem non cerni.*

5. *Item, in conuexis speculis oculo occupante locum, per quem à re aspectabili ad centrum sphæræ linea recta ducetur, rem aspectabilem non cerni.*

6. *Idemq; in concauis speculis fieri.*

7. *Item, si res aliqua in vas inijciatur, & ab oculo remoueatur vas ipsum, quoad res in fundo vasis posita cerni non possit, eam visum iri ab eadem remotione, si aqua in vas infundatur.*

Propositiones.

Prop: 1. Theor:) A speculis planis conue-

xis

xis & cauis, radij ad æquales angulos reflectuntur.

Prop: 2. Theor:) Si radius in qualecunq; ſpeculum cadens, æquales faciat angulos, ipſe in ſe ipſum reflectetur.

Prop: 3. Theor:) Radius in qualecunque ſpeculum cadens, angulosq; inæquales faciens, neque in ſeipſum reflectetur, neque verſus minorem angulum.

Prop: 4. Theor:) Radij planis conuexisq; ſpeculis reflexi, neq; mutuò concurrent, neque erunt paralleli.

Prop: 5. Theor:) In concauis ſpeculis ſi oculum colloces, aut in centro, aut in circumferentia, aut extra circumferentiam, id eſt, inter centrum & circumferentiam, radij reflexi concurrent.

Prop: 6. Theor:) In cauis ſpeculis, ſi inter centrum & circunferentiam colloces oculum: radij reflexi interdum non concurrent.

Prop: 7. Theor:) Altitudines & profunditates in planis ſpeculis euerſæ apparent.

Prop: 8. Theor:) Altitudines & profunditates, in conuexis ſpeculis euerſæ apparent;

Prop: 9. Theor:) Obliquæ longitudines in planis ſpeculis, vt re ipſa ſe habent, ita apparent.

Prop: 10. Theor:) Obliquæ longitudines in conuexis ſpeculis: in eodem ſitu apparent, in quo reuera ſunt.

Prop: 11. Theor:) In cauis ſpeculis ſublimitates & profunditates quæ ſunt intra concurſum radiorum, euerſæ apparent, vt in planis ſpeculis: quæ autem ſunt extra concurſum, apparent vt re ipſa ſe habent.

Prop: 12. Theor:) In cauis ſpeculis obliquæ longitudines intra concurſum radiorum poſitæ, apparent vt ſunt: quæ autem extra concurſum ſunt: euerſæ apparent.

Prop: 13. Theor:) Res eanem cerni poteſt per plura ſpecula plana.

Prop: 14. Theor:) Fieri poteſt vt eadem res ſpectetur per quotlibet plana ſpecula: Oportet autem deſcribere polygonum æquilaterũ & æquiangulum, quod duobus lateribus excedat numerum ſpeculorum.

Prop: 15. Theor:) Fieri etiam poteſt, vt eadem res ſpectetur per quotlibet ſpecula conuexa & concaua.

Prop:

Prop: 16. Theor:) Aſpectabile quodlibet in planis ſpeculis cernitur: in perpendiculari ducta ab aſpectabili in ſpeculum.

Prop: 17. Theor:) In conuexis ſpeculis quodlibet aſpectabilium cernitur in linea recta ducta ab aſpectabili ad centrum eius ſphæræ, cuius portio eſt ipſum conuexum ſpeculũ.

Prop: 18. Theor:) In cauis ſpeculis aſpectabilium quodlibet cernitur in recta linea ducta ab aſpectabili ad centrum ſphæræ, cuius portio eſt ipſum ſpeculum.

Prop: 19. Theor:) In planis ſpeculis dextra apparent ſiniſtra, & ſiniſtra dextra: itemq; ſimulacrum æquale apparet aſpectabili: ſimulacrum etiam & aſpectabile æqualiter diſtant à ſpeculo.

Prop: 20. Theor:) In conuexis ſpeculis ſiniſtra apparent dextra, & dextra ſiniſtra. & imago propius abeſt à ſpeculo, quàm aſpectabile.

Prop: 21. Theor:) In conuexis ſpeculis imagines ſunt minores aſpectabilibus.

Prop: 22. Theor:) In conuexis ſpeculis minoribus, minores imagines apparent.

Prop: 23. Theo:) In cõuexis ſpeculis, aſpectabiliũ imagines: plerunq; apparẽt conuexæ.

Prop: 24. Theor:) Si oculus ponatur in centro ſpeculi cõcaui, ſeipſum cernet tantùm.

Prop: 25. Theor:) In cauis ſpeculis ſi oculum colloces in circumferentia, aut extra circumferentiam, ipſe oculus non apparebit.

Prop: 26. Theor:) In ſpeculis concauis ſi à centro ad circumferentiam excites rectam lineam, quæ angulos rectos faciat cum eiusdem ſphærici ſpeculi producta diametro, & oculum ſtatuas ad alterutram partem: oculus nil cernet eorum, quæ ſunt in ea parte, in qua ipſe eſt: nihil (inquam) eorum cernet, quæ ſunt vel intra diametrum, vel extra diametrum, vel in ipſa diametro.

Prop: 27. Theor:) In concauis ſpeculis ſi oculi ita conſtituantur in dimetiente, vt vterq; à centro æqualiter diſtet, neuter oculorum cernetur.

Prop: 28. Theor:) Si caui ſpeculi ſemidiametrum bifariam ſeces, & à puncto ſectionis lineam ad angulos rectos vtrinque ducas, oculos autẽ ita colloces, vt æqualiter diſtet ab

cita-

excitata ſemidiametro: neuter oculorum cernetur, ſiue hi ſint inter diametrum & lineam ad angulos rectos ductam, ſiue in ipſa, quæ angulos rectos facit cum ſemidiametro.

Prop: 29. Theor:) Sin autẽ oculi extra diametrũ ponãtur, dextra apparebunt dextra, & ſiniſtra ſiniſtra, & ſimulacrum apparebit minus facie ipſa, inter faciem & ſpeculum.

Prop: 30. Theor:) Speculum eiuſmodi conſtrui poteſt, vt in eo plures facies appareant, quædã maiores, quædam minores, quædã propiores, quædã remotiores, & earũ dextræ partes à dextris, et ſiniſtræ à ſiniſtris apparẽt.

Prop: 31. Theor:) A concauis ſpeculis Soli oppoſitis, ignis accenditur.

Finis Catoptricorum.

Euclidis Muſica.

HArmonice eſt ſcientia contemplandi & exercendi concentũ. Eſt autẽ concentus id, quod certũ habet ordinẽ ex ſonis & interuallis cõpoſitũ. Harmonices verò partes ſunt ſeptem: De ſonis, de interuallis, de Generib. de conſtitutionibus, de Tonis, de mutatione, & de Μελοποιΐα.

Sonus est concinnus vocis casus ad vnam extensionem.

Interuallum autem est, quod continetur duobus sonis, acumine & grauitate differentibus.

Genus est, certa quatuor sonorum diuisio.

Constitutio est, quod constat ex interuallis pluribus vno.

Tonus, est quidam vocis locus, systematis capax, latitudine carens.

Mutatio est similis alicuius in dissimilem locum transpositio.

Melopœia, est vsus harmonicæ tractationi subiectorum, ad decorum propositi argumẽti.

Porrò hæc omnia cernuntur in qualitate vocis, cuius duo sunt motus, alter quidem continuus & sermocinalis nuncupatus, alter verò interuallis distinctus, et ad bene canendum accommodatus. Motus vocis continuus intensiones & remissiones occultas facit, nec vsquã immoratnr, quadusque taceat. Vocis autem motus interuallis distinctus, contrario modo mouetur quàm continuus. Moras enim facit, & intermissiones inter illas moras, alternatimq́

timq; moræ intermißionibus interijciuntur. Moras ergò appellamus intenſiones. Intermißiones verò, migrationes à tenſionibus ad tenſiones. Interualla autem, quæ faciunt differentias tetſionum, conſtant intenſione & remißione, quarum effectus eſt acumen & grauitas. Quod enim intenſione fit, ad acumen vergit. Quod autem remißione, ad grauitatem. Quocirca intenſionis quidem affectus, eſt acuties: remißionis verò, grauitas: quarum vtriq; communis eſt tenſio. Itaque tenſiones ſimul & phthongi appellantur. Tenſiones quidem ab inſtrumentis ad eas comparatis à tendendo. Phthongi verò, eò quòd voce etiam eduntur. Sunt autem phthongi tenſione quidē innumeri, poteſtate verò octodecim in quolibet genere. Genera tria ſunt, Diatonum, Chroma, & harmonia. Et diatonum quidem canitur per tonum, tonum & ſemitonum, ſi quidem ab acuto in graue tendas. Contra verò ſi à graui in acutum pergas, per ſemitonium, tonum, & tonum. Item Chroma cùm ab acuto in graue nititur, canitur per ſeſquitonum ſemitonium, & ſemitonium. Cùm autem à graui

in acutum, contrario modo, per ſemitoniũ, ſemitonium, & ſeſquitonium. Harmonia deniq; ſi ab acuto tendat ad graue, cantatur per ditonum, dieſin, & dieſin: ſin à graui in acutum, contrario modo per dieſin, dieſin & ditonum. Sunt autem hi phthongi in diatonico genere.

Proslambanomenos.
Hypate hypaton.
Parhypate hypaton.
Lichanos hypaton diatonos.
Hypate meſon.
Parhypate meſon.
Lichanos meſon diatonos.
Meſe.
Trite Synemmenon.
Paranete Synemmenon diatonos.
Nete Synemmenon.
Parameſe.
Trite diezeugmenon.
Paranete diezeugmenon diatonos.
Nete diezeugmenon.
Trite hyperbolæon.
Paranete hyperbolæon diatonos.
Nete hyperbolæon.

In Chromate autem, hi.
Proſlambanomenos.
Hypate hypatôn.
Parhypate hypatôn.
Lichanos hypatôn chromatice.
Hypate meſon.
Parhypate meſon.
Lichanos meſon chromatice.
Meſe.
Trite Synemmenon.
Paranete Synemmenon chromatice.
Nete Synemmenon.
Parameſe.
Trite diezeugmenon.
Paranete diezeugmenon chromatice.
Nete diezeugmenon.
Tritæ hyperbolæon.
Paranete hyperbolæon chromatice.
Nete hyperbolæon.
In Harmonia autem hi.
Proſlambanomenos.
Hypate hypatôn.
Parhypate hypatôn.
Lichanos hypatôn enarmonios.

Hypa-

Hypate meſon.
Parhypate meſon.
Lichanos meſon enarmonios.
Meſe.
Trite Synemmenon.
Paranetete Synemmenon enarmonios.
Nete Synemmenon.
Parameſe.
Trite diezeugmenon.
Paranete diezeugmenon enarmonios.
Nete diezeugmenon.
Trite hyperbolæon.
Paranetæ hyperbolæon enarmonios.
Nete hyperbolæon.

In miſtione autẽ horum triũ generum, hi ſunt.

Proslambanomenos.
Hypate hypatôn.
Parhypate hypatôn.
Lichanos hypatôn diatonos.
Lichanos hypotôn chromatice.
Lichanos hypatôn enarmonios.
Hypate meſon.
Parhypate meſon.
Lichanos meſon diatonos.

Licha-

Lichanos meſon chromatice.
Lichanos meſon enarmonios.
Meſe.
Trite Synemmenon.
Parannete Synemmenon diatonos.
Paranete Synemmenon chromatice.
Paranete Synemmenon enarmonios.
Nete Synemmenon.
Parameſe.
Trite diezeugmenon.
Paranete diezeugmenon diatonos.
Paranete diezeugmenon chromatice.
Paranete diezeugmenon enarmonios.
Nete diezeugmenon.
Trite hyperbolæon.
Paranete hyperbolæon diatonos.
Paranete hyperbolæon chromatice.
Paranete hyperbolæon enarmonios.
Nete hyperbolæon.

Atque horum ſonorum iam enumeratorum alij ſunt ſtabiles, alij mobiles. Stabiles ſunt, qui in generum differenrijs non mutantur, ſed manent in eodem tenore. Mobiles autem quibus contrarium accidit: mutatur enim in dif-

in differentijs generum, nec manent in eodem tenore. Stabiles ergo sunt hi octo.

Proslambanomenos.
Hypate hypatôn.
Hypate meson.
Mese.
Nete Synemmenon.
Parамese.
Nete diezeugmenon.
Nete hyperbolæon.

Mobiles verò sunt reliqui omnes inter hos interiecti. Cæterùm stabilium sonorum alij sunt βαρύπυκνοι, *id est, grauissime densi: alij* ἄπυκνοι, *id est, minime densi, qui perfectas Constitutiones comprehendunt.* Βαρύπυκνοι *sunt quinque, hi.*

Hypate hypatôn.
Hypate meson.
Mese.
Parамese.
Nete diezeugmenon.

Ἄπυκνοι *autem sunt, qui continent perfectas Constitutiones, suntq; numero tres reliqui.*

Proslambanomenos.
Nete Synemmenon. *Nete*

Nete hyperbolæon.

Mobilium autem, alij μεσόπυκνοι, alij ὀξύπυκνοι, qui & diatoni vocantur. Et μεσόπυκνοι quidem sunt hi quinq;.

Parypate hypatôn.

Parhypate meson.

Trite Synemmenon.

Trite diezeugmenon.

Trite hyperbolæon.

Eodem modo ὀξύπυκνοι generatim quinque sunt, in harmonia quidem harmonici, & in chromatico chromate chromatici: Genus enim diatonicum non est spissi particeps. Sunt igitur in genere quidem harmonico, hi.

Lichanos hypatôn enarmonios.

Lichanos meson enarmonios.

Paranete Synemmenon enarmonios.

Paranete diezeugmenon enarmonios.

Paranete hyperbolæon enarmonios.

In chromate autem, hi.

Lichanos hypatôn chromatice.

Paranete hyperbolæon chromatice.

Interuallorũ autem differentiæ sunt quinque. Nam & magnitudine inter se differunt, & genere, & vt consona à dissonis, & vt sim-

plicia à compoſitis, & vt explicabilia ab inexplicabilibus. Et magnitudinis quidem differentia eſt, ſecundum quam interuallorum quædam ſunt maiora, quædam minora, vt ditonus, ſeſquitonus, tonus, ſemitonium, dieſis, diateſſaron, diapente, diapaſon & ſimilia. Generis verò, quia interuallorum alia diatonica ſunt, alia chromatica, alia enarmonica. Differentia conſoni à diſſono eſt, qua interuallorum quædam ſunt cõſona, quædam diſſona. Conſona ſunt diateſſaron, diapente, & diapaſon & ſimilia. Diſſona autem ſunt ea, quæ ſunt minora quàm diateſſaron, vt dieſis, ſemitonium, tonus, ſeſquitonus, ditonus. Inter hæc autem & conſona, medium habent locum Tritonus, Tetratonus, Pentatonus & ſimilia. Eſt autem conſonantia, duorum ſonorum acuti & grauis, grata temperatio. Contra, diſſonantia eſt duorum ſonorum mutuam temperationem auerſantium, & auditum exacerbantium, diſſidium. Differentia compoſiti à ſimplici eſt, qua interuallorum alia ſunt ſimplicia, alia compoſita. Simplicia interualla ſunt, quæ à diphthongis, inter quos nullus interme-

intermedius est, continentur, vt ab hypate, lichano, hypate meson. Eadem ratio est in reliquis interuallis. Composita autem sunt, quæ continentur à diphthongis, inter quos alij intermedij sunt, vt à mese & parhypate, à mese & nete, à parmese & hypate. Porrò quædam interualla sunt communia, simplici & composito, hemitonium nempe & ditonus, & omnia comprehensa inter hæc duo. Quippe hemitonium, est & compositum ex enarmonio genere. In chromatico verò & diatonico, simplex. Item Tonus in chromate quidem compositus est: in diatonico autem, simplex. Sic trihemitonium in chromate simplex est, compositum autem in diatonico. Denique ditonum interuallum in harmonia quidem simplex est; in chromate autem & diatono compositum, reliquaq; interualla semitonio minora, simplicia sunt omnia. Quemadmodum ea omnia quæ ditonum excedunt, composita. Iam differẽtia qua explicabilia differunt ab explicabilibus, est, qua interuallorum alia sunt explicabilia, alia inexplicabilia. Explicabilia sunt, quorũ magnitudines assignari possunt, vt tonus, Se-

mitoniũ, Ditonus, Tritonus et his similia. Inexplicabilia verò, q̃ explicabilibus maiora minoráue sunt, magnitudine aliqua inexplicabili. Genera tria sunt, ea nẽpe qnæ iam antea declarauimus. Quocirca omne melos erit aut diatonicum, aut chromaticum, aut enarmonicum, aut cõmune, aut ex his mistũ. Diatonicum ergo est, quod diatonica diuisione vtitur. Chromaticum verò quod chromatica. Enarmonium autem, quod enarmonica. Commune autem, quod ex statis phthongis componitur. Mistum denig, in quo duorum vel trium generum vestigia apparent, diatoni nempe & chromatis, vel diatoni et harmoniæ, vel diatoni, chromatis & harmoniæ. Fiunt autem generũ differẽtiæ in phthongis illis, qnos mobiles esse diximus. Lichanos enim loco mouetur per toni interuallum: Parhypate verò, per diesin. Ergo Lichanos acutissima est, quæ tanto distat ab acutiore duorum phthongorũ tetrachordum comprehendentium. Grauissima verò quæ distat ditono. Similiter Parhypate meson grauissima quidẽ est. quæ distat diesi à gnaiore duorũ phthongorũ tetrachordum conti-

nen-

nentium. Acutissima verò, quæ distat semitonio. Color autem est specialis diuisio generis. Colores explicabiles quidem & cogniti, sunt sex: vnus harmoniæ, tres chromatis, & diatoni generis, duo. Harmoniæ igitur color, eadē qua genus ipsum, diuisionē vtitur. Canitur enim per diesin (quæ est quarta pars toni) & diesin alteram eidē æqualē, & per ditonum minimè compositū. Colorū verò qui sunt in chromatica diuisione, alius vocatur chroma molle, alius Chroma sesquialterum, alius Chroma toniæum. Et molle quidem chroma canitur per diesin (quæ est tertia toni pars) & diesin æqualem eidem diesi, & per interuallum simplex æquale tono, toniq; semissi & tertiæ parti. Sesquialterum autem chroma, per diesin & diesin, quarū vtraq; sigillatim sesquialtera sit dieseos enarmoniæ, & per interuallū simplex constans è septem diesibus, quarum quælibet sit toni quadrans. Toniæum chroma eodem colore vtitur, quo genus ipsum chromaticum. Canitur enim per semitonium, semitonium, & trihemitonium. Porrò colores hi iam explicati in chromatico genere, nomen habent

à denſis phthongis, qui in ipſis ſunt. Toniæum enim chroma vocatur à tono, qui in eo eſt per compoſitionẽ. Seſquialterum item chroma, à dieſibus in eo poſitis, quæ ſeſquialteræ ſunt dieſium enarmonicarum. Eadem ratio eſt in molli chromate. Molle enim vocatur, quia denſum minimũ in eo ineſt. Chroma verò, quia denſum chroma quod in eo eſt, remittitur, & veluti eneruatur. Colorum deniq; diuiſionis diatonicæ, alter vocatur mollis diatonicus, alter diatonicus ſyntonus, id eſt incitatus. Color mollis diatonicus, canitur per ſemitoniũ, & per interuallũ ſimplex, trium dieſium, & per aliud interuallum ſimplex, quinque dieſium. Color verò diatonicus ſyntonus ſeu incitatus, eandem habet diuiſionem, quam genus ipſum diatonicum. Canitur enim per ſemitonium, tonum, & tonum. Monſtrantur autem hi omnes colores per numeros hoc modo. ponamus enim tonum diuidi in minimas partes duodecim, inter ſe æquales, quarum quælibet vocetur Toni vncia, reliquaq; interualla eadem ratione, qua tonus, diuidi intelligantur: nempe Semitonium in ſex vncias. Dieſis

ea quæ

ea quæ toni quarta pars est, in tres. Diesis verò illa quæ toni tertia pars est, in quatuor. Ita vt totum diatessaron interuallum, sit triginta vnciarum. Igitur color enarmonius canetur per magnitudinem, seu interualla trium & viginti quatuor vnciarum. Color verò chromatis mollis per interualla quatuor, & viginti duarum vnciarum. Color chromatis sesqualteri, per interualla vnciarum $4\frac{1}{2}$, $4\frac{1}{2}$. *& Color toniæi chromatis, per sex & sex & octodecim. Item color diatonici mollis per 6. 9. & 15. Color denique diatonici syntoni seu incitati, per interualla, quorum primum erit sex vnciarum secundum duodecim, tertium item duodecim.*

Constitutionum autem differentiæ sunt septem: quarum quatuor sunt communes etiam interuallis: Differentia secundum magnitudinem, secundum genus, secundum consonum & dissonum, secundum explicabile & inexplicabile. Tres verò sunt propriæ ipsis constitutionibus, differẽtia nempe cõstituti et ordine sequentis ab eo quod aliquid ommittit, nec ordine sequitur: differentia coniunctæ & dis-

iunctæ constitutionis: differentia denique constitutionis immutabilis. Ac magnitudine quidem differunt constitutiones maiores à minoribus, vt diapason magnitudine discrepat à tritonio, vel à diapente, vel à diatessaron, vel ab aliquo his similium. Genere autem differunt constitutiones, vt diatonicæ ab enarmonicis, vel chromaticis: aut chromaticæ enarmonicæue à reliquis. Secundum verò consonum & dissonum different constitutiones contentæ phthongis consonis, à constitutionibus quæ continentur phthongis dissonis. Sunt verò constitutiones consonæ sex, in immutabili Constitutione, quarum minima est Διὰ τεσσάρων, duobus tonis & semisse constans, cuiusmodi est constitutio ab hypate hypatôn ad hypaten meson. Secunda constitutio est diapente, tonorum trium & semissis, qualis est constitutio à proslambanomeno ad hypaten meson. Tertia est constitutio diapason tonorum sex, qualis est à proslambanomeno ad meson. Quarta est diapason & diatessaron simul, tonorum octo, & semissis: qualis est constitutio à proslambanomeno ad neten synemme-

nemmenon, vel ad paraneten diezeugmenon diatonicam. Quinta, diapaſon & diapente ſimul, tonorum nouem & ſemiſsis: cuiuſmodi eſt à proſlambanomeno ad netem diezeugmenon. Sexta eſt disdiapaſon, tonorum duodecim, qualis eſt à proſlambanomeno ad netem hyperbolæon. Conſtitutio autem quæ coniuncta appellatur, progreditur quidem vſque ad quartam conſtitutionem conſonam: Prima enim ipſarum eſt diateſſaron, ſecunda diapente, tertia diapaſon, quarta diapaſon & diateſſaron ſimul, quinta diapaſon & diapente ſimul, ſexta denique disdiapaſon. Vocis enim locus augetur vſque ad octauam conſtitutionem conſonam, nempe vſque ad disdiapaſon ſimul cum diateſſaron, & vſque ad diapaſon ſimul cum diapente. Diſſonæ verò conſtitutiones ſunt omnes quæ vel minores ſunt quàm diateſſaron, vel inter prædictas cõſonas interijciuntur. Fiũt autẽ figuræ eiusdẽ magnitudinis ex ijsdẽ ſimplicibus interuallis concretæ & numero æqualib. cùm ipſorũ interuallorũ ordo diſſimilitudine ali-

qua variatur. (Quæ enim ex æqualibus & similibus omnibus, similiterq; dispositis interuallis conflantur, non faciunt figurarum varietatem.) Quocirca tres erunt species diatessaron, quarum prima à barypycnis seu grauiter densis phthongis comprehenditur, cuiusmodi est ab hypate hypatôn ad hypatẽ meson. Secunda à mesopycnis seu medijs densis phthongis continetur, cuiusmodi est parhypate hypatôn ad parhypaten meson. Tertia ab oxypycnis seu acutis densis phthongis, cuiusmodi est diatessaron illud, quod est à lichano hypatôn ad lichanon meson. Ac in harmonia quidẽ & chromate, consonorũ figuræ sumũtur ad densi habitudinem. At in diatono, figuræ nõ fiunt ad densi habitudinem. Quippe id genus in semitonia & tonos diuiditur. Suntq; in consonantia diatessaron, semitonium quidem vnum, toni verò duo. Similiter in diapente, semitonium vnum et toni tres. Item in diapason, semitonia duo sunt, toniq; quinque. Considerantur verò figuræ seu species harum consonantiarum pro diuerso semitoniorum positu. Itaque prima species conso-

nantiæ

nantiæ diateſſaron, eſt cuius ſemitonium ad grauiorem partem eſt quàm toni. Secunda, cuius ſemitonium medio loco eſt inter duos tonos. Tertia, cuius ſemitoniũ acutius eſt tonis. Quæ omnia in reliquis generibus ab ijsdem phthongis ad eosdem, ad eundem modum ſe habent. Species verò conſonantiæ diapente, ſunt quatuor. Prima continetur ab barypycnis, in qua tonus primum locum obtinet verſus acutam partem, fitq; ab hypate meſon vſque ad parameſon. Secunda eſt, quæ à meſopycnis comprehenditur, in qua tonus penultimũ locum obtinet, ſi à graui incipiens in acutum tendas, fitq; à parhypate meſon vſq; ad triten diezeugmenon. Tertia continetur ab ὀxypycnis, in qua tonus ponitur loco antepenultimo, ſi à graui ad acutum pergas, fitq; à lichano meſon ad paraneten diezeugmenon: Quarta comprehenditur à barypycnis, in qua ſi ab acuto in graue tendas, quartum locum poſſidet tonus, fitq; à meſe ad neten diezeugmenon, aut à proſlambanomeno ad hypaten meſon. In diatono autem, prima ſpecies conſonantiæ diateſſaron, eſt in qua ſemitonium primum &

grauissimum locum habet. Secũda, in qua semitonium primum locum habet ad partem acutissimam. Tertia, in qua semitonium penultimum locum habet tendendo à graui in acutum. Quarta, in qua hemitonium penultimũ locum habet tendendo ab acuto in graue. Iam Consonantiæ diapason species septem sunt, quarum prima à barypycnis phthongis comprehenditur, in qua tonus acutissimum locum obtinet, estq; ab hypate hypatôn ad parameſen qui modus ab antiquis Mixolydius vocabatur. Secunda species à mesopycnis continetur, in qua penultimum locum tenet tonus, si à graui in acutum tendas, fitq; à parhypate hypatôn ad triten diezeugmenon, qui modus antiquis vocabatur Lydius. Tertia species continetur ab oxypycnis, in qua tonus locum antepenultimum obtinet, si à graui tendas in acutum: est autem à lichano hypatôn ad paraneten diezeugmenon, vocaturq; olim hic modus, Phrygius. Quarta species continetur à barypycnis phthongis, in qua tonus quartum locum obtinet, si ab acuto tẽdas in graue, estq; inter hypaten meson, & neten diezeugme-

non,

non, qui modus olim dicebatur Dorius. Quinta comprehẽditur à mesopycnis, in qua tonus quintum habet locum ab acutissimo, qui modus olim Hypolydius dicebatur, estq; à parhypate meson ad triten hyperbolæon. Sexta ab oxypycnis contenta tonum habet sexto loco ab acutissimo, fitq; à lichano meson ad paraneten hyperbolæon. Vocatur autem modus hic, Hypophrygius. Septima species, diapason est, quam continent phthongi barypycni, in qua tonus grauissimũ locũ habet. Estq; autẽ hic modus à mese ad neten hyperbolæon, aut à proslambanomeno ad mesen, qui olim & communis & Locrus, & Dorius dicebatur. In genere verò diatonico prima species consonantiæ, diapason est, in qua hemitoniũ alterum est in parte grauissima, alterum verò in quarto loco, si à graui in acutũ pergas. Secunda species est, cuius hemitoniũ alterũ habet locũ tertiũ à grauissimo, alterũ verò locũ septimũ & acutissimũ. Tertia est, in qua vtrunq; semitoniorũ ab altero extremorum abest vno loco. Quarta, in qua vnum hemitonium grauissimo loco, alterũ quinto ponitur versus acutas

partes.

partes. Quinta, in qua vnum hemitoniũ quarto loco poſt grauiſſimum, alterum verò ſeptimo & acutiſſimo collocatur. Sexta, in qua vnum hemitonium tertio loco poſt locum grauiſſimum, alterum autem ſecundo loco ab acutiſſimo ponitur. Deniq; ſeptima ſpecies conſonantiæ diapaſon, eſt in qua vnum hemitoniũ ſecundo loco poſt grauiſſimum, alterum verò quinto verſus acutam partẽ collocatur. Porrò hæ omnes ſpecies diapaſon fiunt ab ijsdem phthongis ad eosdem phthongos eodem modo quo in harmonia & chromate: appellanturq; hi modi ijsdem nominibus, quibus illi qui in harmonicis chromaticisq; ſpeciebus ipſius diapaſon explicati ſunt. Diſcrimine verò quo differunt explicabile & inexplicabile, different etiam conſtitutiones ex interuallis explicabilibus compoſitæ à cõſtitutionibus, quæ conſtant ex interuallis inexplicabilibus. Quippe conſtitutiones omnes explicabiles, conſtant ex interuallis explicabilibus. Quæ autem conſtant ex interuallis inexplicabilibus, ſunt inexplicabiles. Diſcrimine autem quo differt id quod conſequenter & ordine ſequitur, ab eo

quod

quod aliquid transilit, nec ordine sequitur; different etiam constitutiones modulatæ per phthongos ordine consequentes, à constitutionibus modulatis per phthongos minimè consequentes, sed per phthongos inter quos aliquis est intermedius, quem canendo prætergressi sumus.

Coniuncti autem & Disiuncti, discrimine differunt constitutiones constatæ ex tetrachordis coniunctis, à constitutionibus, quæ constant ex tetrachordis disiunctis. Est autem Coniunctio, duorum tetrachordorum consequenter ordineq; modulatorum, & specie similium, communis phthongus. Disiunctio verò, est duorum tetrachordorum consequenter ordineq; modulatorum, & specie similium, toni interpositio. Sunt autem in vniuersum coniunctiones tres, Media, Acutissima & Grauissima. Et Grauissima quidem est duorum tetrachordorum, quorum alterum est tetrachordum hypatôn, alterum verò tetrachordum meson. Communis enim phthongus ea coniungit, qui est hypate meson. Media est coniunctio tetrachordi meson, & tetrachordi synemmenon,

menon, quæ coniunguntur communi phthongo, qui est Mese. Acutissima demum coniunctio, est tetrachordi diezeugmenon, & tetrachordi hyperbolæon. Ea enim vnus communis phthongus, nete diezeugmenon coniungit. Disiunctio vnica est duorum tetrachordorũ, quorum alterum est tetrachordum mediarum, alterum verò tetrachordum netarum disiunctarum, quæ vno communi tono disiunguntur, qui est inter mesen & parameseu. Cæterùm constitutiones perfectæ duæ sunt: quarum altera minor est, altera maior. Ac minor quidem fit per coniunctionem à proslambanomeno ad neten synemmenon, suntq; in ea constitutione tria tetrachorda coniuncta, tetrachordum grauium, mediarum & coniunctarum, & præterea tonus contentus à proslambanomeno & hypate hypatôn: quippe constitutio diapason & diatessaron simul, consonantiæ definitione comprehenditur. Maior autẽ constitutio perfecta fit per disiunctionem à proslambanomeno ad neten hyperbolæon, in qua sunt quatuor tetrachorda (quorum duo à reliquis duobus disiuncta sunt, inter se verò

coniun-

coniuncta, nempe tetrachordum grauium, mediarũ, disiunctarum, & excellentium) & duo toni, quorum alter est inter proslambanomenon & hypaten hypatôn, alter verò inter mesen & parameſen. Huic autem disdiapaſon conſtitutioni conuenit definitio conſonantiæ. Sed cùm in conſtitutione immutabili, quæ ex perfectis ambabus conſtat, ſint quinq; tetrachorda, horum quidem duo communia ſunt vtrinq; perfectarum conſtitutionum, tetrachordorum grauium, et tetrachordorũ mediarum. Propria verò ſunt coniunctæ quidem conſtitutionis tetrachordum netarum coniunctarum, disiunctæ verò tetrachordorum netarum disiunctarum, & tetrachordum netarum excellentium. Differunt etiam diſcrimine mutabili & immutabili, quo conſtitutiones ſimplices non ſimplicibus diſcrepant. Simplices conſtitutiones ſunt, quæ ad vnam mediam aptãtur, duplices verò quæ ad duas, triplæ quæ ad tres, multiplices, quæ ad plures aptantur. eſt autem media poteſtas phthongi, cui accidit in diſiunctione quidem tonum habere ſimplicẽ ad partẽ acutam, ſi cõſtitutio immutabilis ſit,

dito-

ditonum verò simplicem vel compositum ad partem grauem. In coniunctione autem, cui accidit trium tetrachordorum coniunctorum esse vel acutissimum phthongum medij tetrachordi, vel grauissimum totrachordi acutissimi. Ex hac media cognoscuntur reliquorum phthongorum vires. Quomodo enim quisque phthongus ad mediam se habeat, statim clarum fit.

At tonus quatuor significationes habet. Vsurpatur enim & pro phthongo, & pro interuallo, & pro loco vocis, & pro tenore. Ac toni nomen pro phthongo vsurpant illi qui lyram appellant heptatonon, quasi septem tonis, id est phthongis, constantem, vt Terpander & Ion. Ita enim loquitur Terpander:

At nos quadrisonis instantes sæpe camœnis:
Inde nouos cythara heptatonos celebrabimꝰ hymnos.

Ion verò in decachordo.

Semper habes denas gradientes ordine chordas,
Et concordantes harmonias trisonas.

At Græci heptatono cythara, diatessara cantant,
Captantes raro carmine dulce melos.

Alij item non pauci eo nomine vsi sunt. Pro interuallo verò vsurpatur tonus, cùm di-

cimus

cimus tonum esse à mese ad parameſen. Pro vocis autem loco, vt cùm dicimus vocis tonum Dorium, aut Phrygium, aut Lydium, aut aliorum aliquem. Sunt enim tredecim toni, vt vult Ariſtoxenus, Hypermixolydius, & qui Hyperphrygius dicitur: Mixolydij duo, acutior & grauior: quorum acutior quidem appellatur Hypoiaſtius; grauior verò Hypodorius: Lydij duo, acutior nempe, & grauior, vocaturq; Æolius: Phrygij duo, alter grauis, qui Iaſtius dicitur, alter acutus: Dorius vnus: Hypolydij duo, acutior & grauior, qui Hypæolius etiam nuncupatur. Hypophrygij duo, quorũ grauior vocatur Hypoiaſtius. Vltimus eſt Hypodorius. Horum acutiſſimus eſt Dorius. Reliqui deinceps ab acutiſſimis ad grauiſſimum, hemitonio alij alios ſuperant. Duo autem paralleli appellati trihemitonio. Eadem erit ratio in reliquorum tonorum diſtantijs. Tonus autem Hypermixolydius, eſt duplo acutior quã Hypodorius. Pro tenore verò vſurpatur tonus, vt cùm dicimus aliquem acuto tono, aut graui tono, aut mediocri vocis tono vti.

Mutatio fit quatuor modis, in genere, in constitutione, in tono, in melopœia. Mutatio generum fit, cùm ex diatono in chroma vel harmoniam, aut cùm ab harmonia vel chromate in aliquod reliquorum generum migratio fit. Mutatio autem Constitutionum fit, cùm à coniunctione ad disiunctionem, aut contrà migratur. Mutatio tonorum seu modorũ, cùm à Dorio in Phrygiũ, aut Phrygio in Lydium, aut ab Hypermixolydio in Hypodorium, aut omnino cùm ab aliquo tredecim tonorum, in reliquorum quempiam fit transitus. Fiunt autem mutationes ab hemitonij excessu incipientes, vsq; ad diapason, quarum aliæ fiunt per interalla consona, aliæ per dissona. Earum verò quæ fiunt per interualla dissona, aliæ sunt minùs concinnæ vel inconcinnæ, aliæ magis. Hæ ergo in quibus plurium fit communicatio, concinniores sunt: in quibus verò pauciorum, inconcinniores. Quippe in omni mutatione necesse est aliquid esse commune, phthongum nempe aut interuallum, aut constitutionem. Sumitur autem communicatio à phthongorum similitudine. Cùm enim in mu-

tatio-

tationibus similes inter se phthongi ceciderint in densi participatione, concinna mutatio fit. Cùm autem dissimiles fuerint phthongi, inconcinna. In melopœia verò mutatio fit, cùm ex affectu interuallari in contractum (συνεχτικὸν vocant) vel quietum: vel ex quieto in interuallum, vel contractum, migratur. Est autem interuallaris affectus melopœiæ, quo specimen exhibetur magnificentiæ, magnanimitatis, & rerum heroicarum, & his affinium affectionum, quibus maximè vtitur tragœdia, & reliqua quæ tragicum stylum imitantur. Contractus autem affectus est, quò animus in humilitatem & affectionem parum virilem contrahitur. Conueniet is affectus amatorijs ægritudinibus, lamentationibus; fletibus & similibus. Quietus denique affectus est, quem sequitur animi quies & libera pacificaq; animi dispositio. Huic conuenient hymni, pæânes, encomia, cœtus & his similia.

Melopœia est vsus eorum, quæ subijciuntur harmonicæ tractationi, vel eorum quæ eandem habent vim, quàm ea quæ harmonicæ tractationi subiecta sunt. Ea porrò quibus per

ficitur Melopœia, quatuor sunt, Ductus, Plexus, Lusus, & Firmitudo. Ductus, est meli progressio per phthongos deinceps consequentes. Plexus, est alterna positio interuallorum. Lusus, est percussio in eodẽ tono sæpius iterata. Firmitudo, est immoratio diu continuata secundum vnam & eandem vocis pronunciationem. Descriptio, est plana figura vires eorum quæ canuntur continentes. Vis autem, est phthongi ordo, quo cognoscimus phthongorũ quemlibet. Melopœia autem, est vsus subiectorum tractationi harmonicæ, ad decorum eorum quæ canenda proponuntur. Atq; hic est finis & scopus tractationis harmonicæ.

EVCLIDIS SECTIO regulæ Harmonicæ.

SI nihil moueretur, sed omnia quiescerent, summum esset silentium: Si autem fieret silentium, nihilq; moueretur, nihil audiretur. Quare vt aliquid audiatur, necesse est prius motum pulsumq; fieri. Cùm ergo sonitus omnes fiant ex pulsu: pulsus autem fieri non possit nisi

ſit, niſi præcedente motu: & motuum alij ſunt crebriores, alij rariores: & crebriores quidem motus faciant acutiorem ſonitum: rariores autem, grauiorem: neceſſe eſt, ſonituũ eſſe quosdam acutiores, eos nempe, qui è crebrioribus pluribusq; motibus conſtant, quosdam verò grauiores, cùm ex rariorib. paucioribusq; motibus conflentur. Quocirca ſonitus acutiores æquo, mediocritatem conſequẽtur, & remittentur detractione motuum. Grauiores autem æquo, mediocritatem aſſequẽtur adiectione motuum, quæ fit intenſione. Cùm igitur ſoni, adiectione & ablatione mediocritatem aſſequantur, fatendum neceſſariò eſt, eos è partibus componi. Quæ autem è partibus componuntur, omnia inter ſe numerorum rationem habere cenſentur. Quocirca neceſſe eſt phthongos inter ſe in numerorũ ratione cenſeri. Atqui numerorum alij ſunt in ratione multiplici, alij in ſuperparticulari, alij in ſuperpartiente. Quare phthongi etiam, rationes eiuſmodi neceſſariò inter ſe habebunt. Sed & numerorum quidam vno in nomine multiplices ſuperparticulares inter ſe dicuntur. Quapro-

pter hinc etiam noſcemus, phthongorum quoſdam conſonos, quosdam diſſonos. Et conſonos quidem cognoſcimus eos, qui ita miſcentur, vt vna ex ambobus temperatio fiat: Diſſonos autem, qui non ita miſcentur, vt ex ambobus vna fiat temperatio. His poſitis, veriſimile eſt conſonos eſſe in ratione eorum numerorum, qui vno ſimpliciq; nomine multiplices inter ſe vel ſuperparticulares dicuntur, cùm ex ambobus vna fiat vocis temperatio.

Propoſitiones.

Prop: 1. Theor:) Si interuallum multiplex duplicetur, interuallum quod ex duplicatione producetur, erit multiplex.

Prop: 2. Theor:) Si ex interualli duplicatione fiat interuallum multiplex, ipſum quoq; eſt multiplex.

Prop: 3. The:) Inter duos numeros, quorũ interuallũ ſit ſuperparticulare, medij proportionales numeri neq; vnus, neq; plures cadent.

Prop: 4. Theor:) Si interuallum non multiplex duplicetur, producetur interuallũ quod neq; multiplex erit, neq; ſuperparticulare.

Prop: 5. Theor:) Si interualli duplica-

cione

tione nõ producatur multiplex interuallum, ipsum non est multiplex.

Prop: 6. Theor:) Duplex interuallũ constat è duobus maximis superparticularibus interuallis, è sesquialtero nempe, & sesquitertio.

Prop: 7. Theor:) Ex interuallis duplo & sesquiplo, triplum interuallum fit.

Prop: 8. Theor:) Si à sesquiplo interuallo auferatur sesquitertium, relinquetur sesquioctauum.

Prop: 9. Theor:) Sex interualla sesquioctaua, maior sunt vno duplo interuallo.

Prop: 10. Theor:) Interuallum diapason, est multiplex.

Prop: 12. Theor:) Interuallum diapason, est duplum.

Prop: 13. Theor:) Restat vt ostendamus toni interuallum esse sesquioctauum.

Prop: 14. Theor:) Diapason est minus sex tonis.

Prop: 15. Theor:) Diatessaron est minus duobus tonis & hemitonio. Item, diapente minus est tribus tonis & hemitonio.

Prop: 16. Theor:) Tonus in duas pluresq; æquales partes diuidi non potest.

Prop: 17. Theor:) Paranete & lichani sumentur per consonantiam hoc modo.

Prop: 18. Theor:) Parhypatæ & tritæ nõ diuidunt densum æqualiter.

Prop: 19. Theor:) Canonem describere iuxta systema, quod immutabile dicitur.

Prop: 20. Theor:) Restat vt phthongos mobiles in eodem canone sumamus.

Canonis harmonici Euclidis finis.

Euclidis Phænomena.

Sunt autem ipsa Phænomena principia astronomiæ.

QVoniam stellæ fixæ videtur ex eodem loco oriri, & in eodem loco occidere: & quæ simul oriuntur: etiam semper simul oriri: sic quoq; quæ simul occidunt: etiam semper simul occidere: deniq; in motu qui fit ab ortu in occa-

occasum eadem perpetuo inter se interualla retinere atq; obseruare. id quod fit in ijs tantum, quæ feruntur motu circulari, quia visus omnino æqualiter distat à circumferentia: quod sanè in opticis est demonstratum. Idcirco ponendum est astra ferri atq; moueri circulariter: & infixa esse vni corpori: atq; visum à circumferentijs æqualiter distare. Stella enim aliqua inter sublimiora conspicitur: nullo modo permutare locum de loco. sed quocunq; in loco est: in eo etiam circumfertur. Cùm ergo hoc modo appareant omnino à circumferentijs circulorum, in quibus reliquæ feruntur stellæ æqualiter distare: ideo rursus ponendum est, omnes circulos esse æquedistantes: & omnes stellas fixas in circulis æquedistantibus circumferri, habentibus, prænominatam stellam pro polo. Ex his verò stellis, alias quidem neq; oriri, neque occidere videmus: propterea quòd circulis ferantur sublimioribus: quos semper apparentes vocant. sunt autem illæ stellæ quæ sequuntur polum apparentem: vsq; ad arcticum circulum: & circumferuntur minimo circuitu & ambitu: stellæ illæ quæ prope

polum existunt. maximæ verò quæ ab arctico distant: deniq; quæ in ipso sunt arctico circulo videntur horizonta tangere. sic etiam quæcunq; stellæ versus meridiem ab his recedunt: omnes conspiciuntur ortum & occasum facere. propterea quod ipsarum circuli, non integri sint supra terram: sed partem quãdam eorũ supra terrã: alteram verò sub terra habeãt. Ex ijs verò quæ supra terram sunt circulorũ segmẽtis: vnumquodq; eorum maius apparet: quod est proximum maximo semper apparentium circulorum: eorum verò, quæ sunt sub terra minimum, quod prædicto circulo proximum est. propterea quod tempus motus sub terra stellarum, quæ in eo sunt circulo, sit minimum, habeant circuitum verò supra terram maiorem. quæ verò stellæ sunt in circulo remotiore: semper motum eorum supra terrã: habere tempus breuius, sub terra verò longius. minimum deniq; tempus motus supra terram habẽt stellæ, quæ meridiei sunt proximæ. longissimum verò sub terra. Conspiciuntur autem stellæ, quæ existunt in medio horum omnium circulo, facientes tempus motus supræ

terram.

terram, æquale tempori motus infra terram. Ideoq; nominamus eum circulum æquinoctialem. sed quæ stellæ fuerint in circulis ab æquinoctiali æqualiter distantibus æquali tempore in segmentis permutatim sumptis motum suum perficiunt. Vtpote, quæ supra terram sunt versus septentrionem: si cum ijs quæ infra terram versus meridiem existunt: & econtra quæ supra terram à parte meridionali sunt: si comparentur cum ijs, quæ infra terram existunt à septentrione. denique vtriusq; circuli & illius qui supra terram, & qui sub terra continuus est: idem tempus apparet. Circuli etiam duo lacteus & zodiacus obliqui existentes: ad parallelos circulos, & sese mutuò secantes in circumuolutione: apparent perpetuo semicirculos suos habere supra terram.

Propter ista ergo omnia quæ iam dicta sunt. Ponatur mundus esse sphæricus. Nam si vel Cylindri vel Coni formam haberent: tum stellæ quæ sunt in circulis obliquis & secantibus æquinoctialem in duas partes æquales: motu ipsius mundi non apparerent perpetuo circumlatæ: esse in semicirculis æqualibus:

verum

verum nonnunquam in segmento quod est maius semicirculo: aliquando verò in eo quod est semicirculo minus. Quod si enim Conus aut Cylinder plano aliquo secetur, non autem ad basim, tum sectio sit ὀxygonij Coni, similisq; est Clypeo. manifestum ergo est, quod eiusmodi figura per medium secta in longitudinem & in latitudinem efficit segmenta dissimilia. præterea patet quod etiam si obliquè secetur per medium: eodem modo faciat segmenta dissimilia. illud autem non videmus fieri in mundo. Quapropter ex his omnibus consequitur: mundum esse formam sphæricam & rotundam præditum, & æquabiliter circa axem moueri: cuius alter polus supra terram existens manifestus & conspicuus est: alter verò sub terra latens nunquam conspicitur. Horizon nominetur planum illud nostrum, quod procidit in mundo: atq; hemisphærium supra terram manifestum distinguit. est autem circulus (quem horizonta vocamus) Quando enim sphæra plano aliquo fuerit secta: tum sectio circulus erit. Meridianus nominetur circulus, qui per polos sphæræ ducitur: & ad ho-

rizon-

rizonta est rectus. Tropici verò, quos circulus per media signa, qui & zodiacus appellatur, attingit: quare eosdem cum sphæra polos habent. Circulus verò per media signa, & æquinoctialis sunt maximi: quia seſe mutuò secant in duas parter æquales. Nam principium Arietis, & principium libræ: ex diametro opponuntur. & cùm sint in æquinoctiali circulo, coniungatè oriuntur & occidunt, hoc est, vno oriente alterum occidit & econtra. interq; hæc signa sunt de duodecim sex posita signa. Æquinoctialis verò habet duos semicirculos: siquidem vtrunq; principium in ipso æquinoctiali existens: in eodem fertur tempore: illud quidem supra: hoc verò infra terram. Quando verò sphæra æquabiliter & vniformiter circumfertur circa suam propriam axem: tum omnia quæ in superficie sphæræ sunt puncta: æquali tempore similes percurrunt circumferentias, circulorum æquedistantium, in quib. feruntur: itaq; similes æquinoctiali absoluunt circumferentias, alteram quidem supra: alteram verò infra terram. sunt ergo æquales illæ circumferentiæ, vnde vtraq; circumferentia

erit

erit ſemicirculus. Ab oriente enim in orientẽ aut ab occidente in occidentem eſt vnus iſq; integer circulus. Quapropter zodiacus & æquinoctialis, ſeſe mutuo ſecant in duas partes æquales. quando verò duo circuli in ſphæra ſeſe mutuò ſecant in duas partes æquales: vterq; circulorum ſeſe mutuò ſecantium, eſt maximus. zodiacus itaque circulus & æquinoctialis ſunt maximi. Eodem modo & horizon è numero maximorum circulorum eſt: quia zodiacum & æquinoctialem maximos in ſphæra circulos, ſemper ſecat in duas partes æquales. Nam de duodecim ſignis, ſex ſemper ſunt ſupra terram: ita æquinoctialis ſemper ſemicirculum ſui ſupra habet. Fit etenim vt ſtellæ in eo exiſtentes, ſimul oriantur & occidant eodem temporis interuallo. altera ab ortu in occaſum: altera ab occaſu in ortum.

Manifeſtum itaq; eſt ex ijs quæ iam ſunt dicta & explicata: quod de æquinoctiali circulo ſemper ſit ſemicirculus ad horizontem. quando verò circulus aliquis fixus & immobilis ſecat aliũ mobilem, maximumq; in ſphæra circulum in duas partes æquales: tum & ſecans

cans, maximus est circulus. Quare & horizon erit è numero maximorum in sphæra circulorum.

PROPOSITIONES.

Prop: 1. Theor:) Terra in medio mundi est sita: & respectu totius mundi centri locum obtinet.

Prop: 2. Theor:) In vna mundi circumuolutione circulus quidem per polos sphæræ ductus: bis erit rectus ad Horizontem: zodiacus verò ad meridianum quidem bis erit rectus: ad horizontem verò nunquam: quando polus horizontis fuerit inter tropicum æstiuum & arcticum circulum. Sed si polus horizontis in altero tropicorum fuerit: tum zodiacus circulus semel rectus erit, ad horizontem. quod si verò polus horizontis extiterit inter tropicos: tum zodiacus bis erit rectus ad horizontem.

Prop: 3. Theor:) Stellarum orientium & occidentium vnaquæq; in ijsdem punctis horizontis oritur & occidit.

Prop: 4. Theor:) Quæcunq; stellæ sunt in circumferentia maximi circuli: qui neq; secat

maxi-

mum ſemper apparentium circulorum: neque etiam attingat eum: earum inquam ſtellarum quæcunq; prius oriuntur, prius occidunt: & quæ prius occidunt, etiam prius oriuntur.

Prop: 5. Theor:) Quæcunq; ſtellæ ſunt in maximi circuli circumferentia: qui maximũ ſemper apparentium circulorum ſecat: earum inquam ſtellarum, quæcunq; ſunt ad ſeptentrionem: prius quidem oriuntur: poſterius verò ocidunt.

Prop: 6. Theor:) Quæcunq; ſtellæ in zodiaco diametraliter oppoſitæ ſunt: coniungatè oriuntur & occidunt. ſimiliter & illæ quæ in æquinoctiali exiſtunt.

Prop: 7. Theor:) Zodiacus circulus per omnem horizontis locum, inter circulos tropicos oritur & occidit: quando maximus ſemper apparentium circulorum, non fuerit maior tropico, & tranſmutatim facit commutationes. cùm enim ortus ad meridiem fuerit immutatus cum occaſu ad ſeptentrionem: appareat tranſmutatus. ſic ſi quando fuerit immutatus ortus ad ſeptentrionem cum occaſu ad

meri-

in eridiem transmutatus. & quandoque aliter supra nos constituitur.

Prop: 8. Theor:) Zodiaci signa oriuntur & occidunt in segmentis horizontis inæqualibus, in maximis quidem quæ prope æquinoctialem sunt: in minoribus quæ æquinoctialem sequuntur: in minimis verò quæ prope tropicos existunt. denique in segmentis æqualibus, quæ æqualiter ab æquinoctiali distant.

Prop: 9. Theor:) Semicirculi zodiaci circuli, quicunq; principia non habent in eodem parallelo, vel æquidistanti circulo: integri oriuntur temporibus inæqualibus: longioribus quidem cum Cancro: minoribus verò qui sequuntur: minimis denique cum Capricorno: sed qui semicirculi principia sua habent in eodem æquidistanti circulo: æqualibus oriuntur temporibus.

Prop: 10. Theor:) Si zodiaci duo semicirculi oriuntur temporibus inæqualibus: atque communem aliquam habuerint circumferentiam: etiam circumferentiæ oppositæ oriuntur temporibus inæqualibus. atq; eædem dif-

ferentiæ erunt temporum, quibus cum semicirculi oriuntur: & circumferentiæ oppositæ. quod si verò zodiaci, duo semicirculi æqualibus temporibus oriuntur, communem aliquam habentes circumferentiam: tum & circumferentiæ oppositæ, æqualibus temporibus oriuntur.

Prop: 11. Theor:) Circumferentiæ zodiaci æquales & oppositæ: ita se habent, vt quo tempore vna oritur, altera occidat: & quo tempore vna occidit, altera oriatur.

Prop: 12. Theor:) Circumferentiæ æquales illius semicirculi, qui cum Cancro est: temporibus inæqualibus occidunt: & longiore tempore quæ sunt ad contactum tropicorum, breuiore verò quæ sequuntur has: minimo verò quæ sunt ad æquinoctialem: denique quæ æqualiter distant ab æquinoctiali circulo: æquali tempore & oriuntur, & occidunt.

Prop: 13. Theor:) Circumferentiæ æquales semicirculi illius qui cum Capricorno est: oriuntur temporibus inæqualibus: & longiore quidem quæ sunt ad cõtactum tropicorum:

breuio-

breuioribus, quæ has sequuntur: minimo verò quæ sunt ad æquinoctialem: deniq; æqualibus temporibus oriuntur & occidunt: quæ æqualiter ab æquinoctiali circulo distant.

Prop: 14. Theor:) Circumferentiæ zodiaci circuli æquales: non permutant æqualibus temporibus hemisphærium manifestum: sed prolixiore tempore, quæ sunt ad contactum tropici æstiui: quàm quæ longius absunt ab eo: tum quando polus horizontis fuerit inter arcticum & tropicum æstiuum.

Prop: 15. Theor:) Eodem modo in altero semicirculo, circumferentiæ æquales, temporibus inæqualibus manifestum permutant hemisphærium: & quæ sunt propiores contactui tropici circuli prolixiore tẽpore, quàm q̃ longius absunt. Verùm quæ æqualiter à tropico distant: tempore æquali in vtroq; semicirculo.

Prop: 16. Theor:) Circumferentiarum zodiaci æqualium & oppositorum, quocunque tempore vna permutat manifestum hemisphærium: altera permutat occultum: & quo tempore hæc occultum: illa manifestum permutat.

Prop: 17. Theor:) Circumferentiæ zodiaci æquales: non permutant tempore æquali occultum hæmisphærium: sed longiore tempore, quæ est tropico hyberno vicina, quàm quæ remotior ab eo: æquali denique tempore, quæ æqualiter distant ab vtroq; contactu.

Prop: 18. Theor:) Circumferentiæ quæ ex vtraque parte æquinoctialis circuli fuerint æquales, & æqualiter distantes ab eodem æquinoctiali ita se habent: vt quo tempore vna permutat manifestum hemisphærium, altera permutabit occultum: & quo tempore hæc permutat occultum hæmisphærium, illa manifestum permutabit.

Prop: 19. Theor:) Circumferentiæ verò æquales quæ interceptæ sunt circulo æquinoctiali ad tropicum: ita se habent: vt longiore tempore altera earum manifestum hemisphærium permutet, quàm reliqua: & vna quæcunque illa sit, altera qualicunque.

Prop: 20. Theor:) Eodem modo & circumferentiæ æquales, quæ in altero sunt semicirculo æquinoctiali circulo intercepto ad tro-

picum

picum hybernum: ita se habent, vt longiore tempore vna earum occultum permutet hemisphærium, quàm altera manifestum: & quæuis, quauis.

FINIS.

Excusum Argentorati apud hæredes Christiani Mylij.
ANNO M. D. LXX.

Bayerische Staatsbibliothek MÜNCHEN

Förster